

affert ex Scotto p. d. 37. q. 1. Y. ad tollendam contradictionem in argumento illam non esse inconveniens, idem esse volitum, & nolitum à Deo pro eodem instanti, volitum, quidem voluntate antecedente, & nolitum voluntate consequente; nam Scotus ibi per voluntatem antecedentem, ut patet ex ipso contextu, intelligit voluntatem inefficacem, & conditionatam, quatum est ex parte sui, prout opponitur voluntati consequenti, que est voluntas efficax, & absoluta; cum ergo prædestinatio, de qua proponitur præfens questio, non sit talis voluntas antecedens inefficax, & conditionata, sed efficax, & absoluta, non potest dici ex argumento, solum sequi, eadem personam esse volitam ad gloriam inefficaciter, & conditionatè, nolitam verò efficaciter, & absolute, que non contradicitur nam re vera sequitur contraditio de eodem, secundum idem, ac eodem modo, quòd scilicet eadem persona, & pro eodem, instanti sit volita, & nolita ad gloriam inefficaciter, & absolute; Sic pariter eadem ratione non valet, quòd affertur ex Scotto 4. d. 16. q. 2. K. quonia, ibi loquitur de voluntate conditionata, qualis non est prædestinatio, & reprobatio, de quibus hic est sermo, que sunt efficaces, & absolute ordinationes per æterna decreta ad gloriam, vel penam finaliter, & reprobis qui finaliter, & absolute damnabitur; Sed expendamus quæstio, quam profundè Auctor noster Scotum intelligat, postquam in sua responsione verba Doctoris retulit, quosque sibi placuit, statim adiecit suam ponderationem in hæc verba ubi nota quòd pro eodem instanti B. vult illum punire, & non punire formam, & negationem conditionaliter, &c. cum tamè ex ipis verbis contextus Scotici ab ipsa relatis totum oppositum colligatur, quòd velit divina voluntas affirmare, & negationem conditionaliter pro diversis instantibus, & non pro eodem, quòd si mihi fides non præstaret, præterit ipsi Doctori, qui post verba à respondente relata statim immediate hæc alia subtextit, hic ergo nesci transitus ab uno opposito in aliud oppositum, sed hic est circa idem objectum velle conditionatum affirmativum pro uno instanti, & velle conditionatum negativum pro alio instanti; & ista duo velle in æternitate simul sunt, & circa idem objectum non in æternitate volitum, licet non pro æternitate, sed pro alio, & alio nunc, hæc ibi Doctor, nescio, an clariss, & illustris loqui poterit, si ergo Auctor Controversarum inter Scotistas ita Scotum intelligit, ubi clarissimè loquitur, quomodo ipsi intelligit, ubi est aliquantum obscurior; hinc deducit Scotus, quòd spem concipere possint in hoc Auctore, ut bene, ac de mète Scoti exponat, & resolvat lites inter eos vertentes, & interm appellate cogitè ad meliorem Judicem, & de mente Scoti melius informatum.

296 Demum in fine solutionis ex hoc Scoti contextu sic bene intellecto, negat paritatem ab ipso Scotto assumptam p. d. 39. H. de pariete nigro, qui non potest in sensu composito de albi, sed divisio tantum, quia aliud est dicere, paries determinatus ad nigredinem, & paries niger, &c. solum interese, quòd Doctor ibi exemplum affert de homine albo, Auctor autem de pariete nigro per nigredinem rem de se clamat atro colore confundere, & quidem Doctor ibi idem omnino intelligit per hominè album, & per subjectum determinatum per albedinem, ut patet textum legendi, non ergo aliud est dicere, paries determinatus ad nigredinem, & paries niger, quòd evidenter ostendo; subjectum ad plures formas indeterminatum non dicitur per unam illarum, vel ad unam illarum determinatum, nisi illam recipiendo, & subjectando, & quamdiu illam non receperit, non dicitur per illam, vel ad illam determinatum, sed manet adhuc indeterminatum ad illam, & ad oppositam, vel disparatam; ergo paries indeterminatus ad albedinem, & nigredinè, dici nequit ad nigredinè determinatus, nisi quando ipsam receperit, vel ab ipsa informabitur; sed eo ipso, quòd nigredinem receperit, dici, cur niger; ergo idem omnino est formalissimè, parietem esse nigrum, & per nigredinem determinatum. Dices, materiam dici determinatam ad aliquam formam v. g. ignis, quando recepit prævias dispositiones ad illam, etiam si formam ipsam non adhuc actu receperit. Respondeo, tunc ad summum dici posse determinatam dispositivè, non autem formaliter, nisi quousque ipsam formam receperit, præterquam quòd in proposito non præcedunt in pariete prævias dispositiones ad nigredinem, sed immediate, & formaliter determinati dicitur eius potètia subjectiva ad nigredinem per actuale ipsius nigredinis receptionem ac informationem. Deinde sicut habet gloriam tantum in sensu diviso, non composito potest damnari ut respondens cõcedit quia tunc in eodè subjecto simul essent gloria, & miseria in actu exercitio, ergo pariter electus ad gloriam non potest in sensu composito damnari, quia non minus contradictoria hinc sequeretur, etenim sequeretur, futurum esse beati, & miserum in eadè exercitio aliquando simul, & pro eodem tempore, & quòd etià modo imò, & per totam æternitatè esset simul prædestinatus, & reprobatus in divina voluntate, & prædicta, atque ita simul beatus, & damnatus velut in esse signato, què duo non minus repugnat, quam esse simul beatum, & damnatum in esse exercitio, imò ar-

gumentum 320 in hoc sensu procedit de impossibilitate prædestinationis, & reprobationis, non autem in primo. Octavo tandem contra ultimam conclusionem, quòd prædestinatus possit in sensu diviso damnari, argumentum aliud adducit, quòd soluit ex eadè Scoti doctrina superius allata ex 4. d. 16. q. 2. M. quom cum vidisset ad propositum non facere, eo quia hic est sermo de ordinatione ad gloriam, & penam finaliter iuxta æterna decreta prædestinationis, & reprobationis, Scotus verò loc. cit. loquitur de ordinatione ad penam conditionata pro alio, & alio temporis instanti secundum statum præsentis iustitiae, cõtra suà solutionem replicat his verbis propè finem questionis. Contra loquimur in præsentis de prædestinato finaliter talis in sensu diviso non potest damnari, patet, nam cum sit ultimum instantis suæ vitæ, & eidè prædestinatio, & reprobatio simul inesse nequeant, nec deur aliud instantis, pro quo possit unum illorum inesse, talis ullo modo reprobati poterit. Resp. hoc argumentum torquere magis potest, prædestinatum nullo modo in sensu composito posse damnari; nos autè (inquit) diximus, non in infallibiliter salvari, nam Deus non ita ab æterno prædestinavit ipsum finaliter, quin etiam tali prædestinatione stante, modo supra explicato, poterit reprobati; neque est inconveniens, propositionem de inesse verificari de aliquo pro eodem instanti, & pariter oppositum de possibili, unde verè fuit ab æterno dicere, prædestinatus finaliter est prædestinatus, & finaliter potest reprobati, sicut enim effectus non est necessarius, sed contingens, veritas supra illud fudata; & sicut postsumus prædestinationi ad gratiam resistere etiam in sensu composito ex Concil. Trident. sess. 6. ita pariter prædestinationi ad gloriam, cum non sit magis efficax una, quam altera.

Alter tamè sentio ego de argumento proposito, & dico, illud non torquere potest, prædestinatum nullo modo in sensu composito posse damnari, sed torquere ignoratè quid sit sensus compositus, & divinus; quare sicut arguente suspectis allata ad probandum, posse prædestinatum in sensu composito damnari, vifa sunt arguente efficacia ex prava, & perversa terminorum acceptione, prædestinationis, & sensus compositi, sic in proposito argumentum allatum, quòd nequeat prædestinatus damnari in sensu diviso, pariter procedit ex prava intelligentia sensus divisi, etenim ut prædestinatus dicitur posse damnari in sensu diviso, minime opus est, ut assignentur diversa instantia, in quorum uno dici possit prædestinatus, & in alio reprobatus, vel damnatus, ne pro eodem instanti eidem subjecto in fine formæ duæ incompossibiles in tota illa responsione conatur respondens demonstrat, imò sensus divisi attendi debet ponens idem instantis, non ponens diversè clarissimè docet Doct. d. 40. B. in eius declaratione dicens, in sensu autè divisionis sunt duæ categoricæ, & enunciativæ de persona aliqua beatificabili in una categorica esse prædestinatus, & in alia posse damnari, & ista duo sunt vera de eodè subjecto, nec ita vera, quòd simul esse possit opposita, nec etiam quòd unum possit succedere alteri, quia in æternitate est utrumque; sed vera simul, in quantum volitio divina consideratur, ut prior naturaliter transitu ipsius super illud objectum, quòd est gloria istius, in illo priori naturaliter non repugnat, sibi esse oppositi objecti, imò potest esse æqualiter oppositi, sed non simul amborum; ita Doctor, quo etiam modo sensum divinum explicuit d. 39. sub G. non igitur opus est hæc diversa instantia assignare ad explicandum sensum divinum, imò in divina voluntate est prioris impossibilitate, cum in ea date nequeat talis successio, & mutatio, sed sufficit quòd Petrus prædestinatus pro instanti A. poterit pariter pro eodem reprobati, per hoc namque sufficiens est salvari, prædestinatus posse damnari in sensu diviso, quia sic verificantur duæ ille categoricæ de eodè subjecto, & respectu ejusdem instantis. Duo verò male sonant in ejus responsione, & ætrem merentur censuram, primum est, quòd rursus & tertio replicat, prædestinatum non infallibiliter salvari, hanc enim propositionem esse periculofam valde, & parum catholicam, nisi melius declaratur, ostendit jam n. 286. nec enim legitime declarate potest nisi de more pervertendo terminos, nam apud omnes Theologos infallibilitas aliud non dicit, quam certam futuritionem eventus, unde idem est dicere, prædestinatum non infallibiliter salvari, quam non certò salvari, si certo non est salvandus, jam tunc certitudo, & infallibilitas diving prædictæ, & prædestinationis. Neque ex eo, quòd Petrus sit ita prædestinatus, ut etiam poterit reprobati, & quòd propositio de inesse possit de aliquo verificari, & pariter opposita de possibili, sequitur, Petrum prædestinatum non infallibiliter, & certo salvari, sed solum quòd ita salvandus sit, ut possit non salvari, quòd proinde est ac si dicatur salvandus esse libere, & cum potentia ad oppositum, licet infallibiliter salvabitur, quia cum determinatione de inesse stat indeterminatione de possibili.

Alterum, quòd male sonat, & meliori indiget declaratione, 299 est, quòd rursus replicat, quòd sicut postsumus prædestinatum ad gratiam resistere, etiam in sensu composito ex Concil. Trident. sess.

sess. 6. ita pariter prædestinationi ad gloriam, cum non sit magis efficax una, quam aliam in primis Concilium hoc non dicit locit. nec ullam mentionem facit de sensu composito, & diviso, sed tantu ait liberum arbitrium à Deo motum, & excitatu posse dissentire, si velit, non verò dicit, quòd dissentiet, aut sit actu dissentire, quòd requireretur, si verum esset, quòd prædestinatus non salvarit infallibiliter, etiam tunc ait, quòd potest dissentire, si velit, quòd verificatur, sed tantu prædestinatus infallibiliter cõsentiet, & salvabitur, quoniam cum determinatione de inesse stat indeterminatione de possibili, ut scipis ad nauseam usque repetitum est. Neque potest dicitur, Concilium intelligi debere in sensu composito, ita quòd liberum arbitrium etiam actu dissentiat, stat in voluntate motione divina prævia, eo quòd illa prævia motio non est ad efficaciter operandum, sed tantu ad sufficienter operandum, ut exposit in loco tertio notabili; Nam satis cõpertum est, Concilium ibi loqui de motione prævia efficaciæ, de qua tantu erat cum Hæreticis controversia, nõ autem de sufficienti, ut dicitur est n. 288, auxilio autem efficaci licet possit resistere humanum arbitrium, quia ejus libertatem non tollit, nunquam tamen de facto, quia ejus libertatem non tollit, nunquam tamen de facto, & re ipsa resistit, alioquin efficax non esset, nam auxilii efficacitas ex sua ratione connexionem dicit infallibilem cum assensu futuro, & ponit determinationem de inesse, relinquendo indeterminationem de possibili; Quoniam ergo in responsione ad argumentum data continetur aliqua bona doctrina confusa cum malis, quòd enim ait, prædestinatum non infallibiliter salvari, falsum est, ac erroneum, quòd infra subtextit, propositionem de inesse verificari de aliquo pro eodè instanti, & pariter oppositam de possibili, verum est, ac optime dictum, dum tandem ex hæc doctrina concludit, quòd postsumus resistere prædestinationi ad gratiam finale, & gloriam, quam efficacem esse, suppono, si hoc explicetur per primum dictum, quia scilicet prædestinatus non infallibiliter salvatur, falsa est deductio; si vero explicetur per aliud dictum verum, quia scilicet propositio de inesse verificatur de aliquo pro eodem instanti, & pariter opposita de possibili, tunc deductio illa vera est, & concedenda, ut supra dictum est n. 286.

Verum quia Scriptura, & Patres interdum nedum nobis negant actum resistendi divinæ voluntati, quando est efficax, sed etiam potentiam, ut supra notavimus n. 230. Non est, qui tua posse resistere voluntati, Eth. 13. Numquid Dei postsumus resistere voluntati? Genes. quando dicitur, humanum arbitrium posse resistere voluntati Dei, & gratiæ eius efficaci, potest hæc propositio facere duplicem sensum, vel compositum, vel divinum, sensus compositus ex dicitur n. 231. & 282. feret per propositionem modalem sciendo, modum predicari de tota propositione correspondente dicto, dicendo motum efficaciter dissentire voluntati, prædestinatum damnari est possibile, qui sensus compositus explicatur, & resolvitur per hæc categoricæ, hæc propositio, liberum arbitrium efficaciter motum dissentit, est possibile, vel hæc propositio, prædestinatus damnatus est possibile, & hic sentit est falsus, quia tunc sensus est, formas importatas per extrema dicti esse simul compossibiles in eodè subjecto, & pro eodem tempore, in quo consistit, sensum esse

compositum, quòd est impossibile, quia auxilium efficax dicit infallibilem connexionem cum assensu futuro, & prædestinationem cum eterna gloria, in hoc ita sensu, composito, efficaci Dei voluntati resistere non possumus, & in hoc sensu intelligenda sunt Scripturæ, & Patres, cum ita loquuntur. Sensus verò divinus explicatur per duas categoricæ enunciandas de voluntate duo prædicata, quarum una sit de inesse, & alia de possibili, in prima de Petro v. g. enunciat, esse prædestinatum, vel esse efficaciter motum, & excitatum, & in alia posse damnari, vel posse dissentire, & istæ duæ sunt simul veræ, quia cum determinatione de inesse stat indeterminatione de possibili, & cum actuali sessione v. g. Petri stat potentia ad currendum, quia sessio excludit actualem cursum, non autem potentiam ad illum; sic in proposito cum prædestinatione Petri stat potentia ad damnationem, quia prædestinatio excludit actualem damnationem futuram, non autem potentiam ad illam, & efficacitas auxilii excludit actualem dissentium futurum, non autem potestatem ad illum; atquidèd in sensu diviso concedendum est, posse creaturæ voluntatem dissentire vocationi efficaci, etque resistere; Et quidem hoc modo explicuit Scotus p. 40. posse creatam voluntatem resistere divinæ in sensu diviso, non autem composito in resp. ad 2. prin. dicens, quòd voluntas creatata non potest resistere, nisi impedire ordinationem voluntatis divinæ, nam impedire est, si statet propositum voluntatis divinæ, & oppositum eveniret per voluntatem creatam, hoc autem est impossibile, ecce quòd attendit sensu compositum ex conjunctione ordinationis divinæ efficacis cum actuali opposito eventu, non autem cum potentia, ille evenire possit, & ex impossibili illa conjunctione arguit, impossibile esse, voluntatem creatam posse divinæ resistere in sensu diviso, & ita intelligi debet Cone. Trident. Sed adhuc ad vertendum est, quòd cum dicimus liberum arbitrium motum, & excitatum efficaciter à Deo posse auxilio efficaci in sensu tantum diviso resistere, non utiq; hoc intelligimus de sensu diviso juxta explanationem quorundam, quam refert Vulpes supra cit. n. 184. qui dicebat, sensu compositum esse, quando necessario prærequisita ad agendum sunt in voluntate, & sensum divinum, quando illa absunt; sic enim explicando sensum compositum, & divinum, fatendum est, etiam in sensu composito posse humani arbitrium efficaci auxilio resistere, & dissentire, quia resistencia relationem dicit actualem ad id, qui resistit, vel saltem resisti potest, tanquã ad presens, nec quisquam ritè diceretur, posse resistere vocationi, quæ actu non adest, & accipiendum sic sensum compositum, ut re vera accipit Auctor noster in illis controversiis 17. & 18. plane debet ei concedi, Trident. cum dixit, liberu arbitriu motum, & excitatum posse dissentire, si velit, intelligendum esse etiam in sensu composito; Verum nõ sic nos loquimur de sensu diviso, & composito, sed ut declaratur à Scotto, & ut accipitur à logicis, & idèo dicitur, esse intelligendum in sensu diviso; quare concludo, magnam confusionem resolutionis hujus controversiæ à nostro Auctore propositæ torè procedere ex confusionè, & prava intelligentia terminorum, prædestinationis, & sensus divisi, ac compositi, qui nisi ritè intelligantur, in plures errores, ac ineptias opus est impingerè.

# DISPUTATIO VI DE BEATIFICA VISIONE.

## QUESTIO PRIMA.

An sit possibilis species impressa intellectui creato clarè, & distinctè divinam essentiam representans.

Nomine speciei intelligitur similitudo objecti, quæ cum potentia concurrere possit ad cognitionem ipsius objecti juxta doctrinam traditam disp. 6. de Anima qu. 4. de speciebus intelligibilibus; ubi eorum naturam, necessitatem, & munera abundè explicavimus; Difficultas ergo est, an de potentia absoluta possit dari species impressa divinæ essentia, & distinctè Deum in se representans; In qua celeberrima controversia tres sunt sententiæ; Prima est Scoti 2. d. 3. q. 9. s. ad questionem, docentis, non modo possibile esse, sed etiam de facto in Angelis reperiri speciem impressam, quæ Deum distinctè, & quidditative præsentet in cognitione tantum abstractiva, quæ sequatur omnes ejus Expositores ibidè, Tatar. Licher, Gratianus Brixienensis, Rada cont. 10. p. 1. art. 1, Vulpes tom. 1. p. 1. disp. 23. ar. 5. Gallus in 3. sent. disp. 14. preclud. 4. disp. 1. de objecto primario beatæ visionis fec. 2. c. 3. & alii Scotista passim. Secunda

sententia docet, possibilem esse hujusmodi speciem divinam essentiam distinctè representantem, nedum in cognitione abstractiva, sed etiam intuitiva, imò talem speciem non nisi notitiam intuitivam divini objecti, prout est in se, parere posse; 3. imò addunt aliqui, talem speciem de facto dari in Beatiss, & per eam Deum ab eis videri, ita quòd divina essentia non per se omnino immediate cum intellectu beato ad visionem beatificam concurrat, sed tali specie impressa mediante; ita Recentiores passim præsertim ex Societate p. 1. q. 2. ar. 2. Molinidisp. 1. f. fol. duob. Valentia punc. 2. Vafq. disp. 38. Turrian. opus. 1. Beccon. p. 1. trac. 1. c. 9. qu. 2. Salas q. 2. q. 3. tr. 2. disp. 4. 6. Suarez in Met. disp. 20. sect. 11. & p. 1. lib. 2. de attributis negativis c. 3. Heriz tr. 4. disp. 40. Egidius Lusitanus tom. 2. lib. 8. p. 2. qu. 2. art. 2. Averfa p. 1. quest. 12. sec. 19. Pefantius art. 2. disp. 1. ac etiam nonnulli Scoti esse opinantes, speciem impressam nedum cognitionis abstractivæ, sed etiam intuitivæ posse esse principium productivum, ut Mairon q. 1. 5. prolog. art. 2. concl. 2. & quol. 4. art. 2. ubi quamvis loquatur de specie abstractiva, tamen idem tenet de intuitiva in responsione ad 6. diff. Faber. 3. disp. 34. cap. 2. in fine, Smissin. tom. 1. trac. 2. disp. 6. q. 1. n. 9. idem nuperitè docet Atriaga disp. 4. de anima fec. 4. licet de possibili

si tantum eam admittant, non autem de facto in beatis. Hurtad. disp. 12. de anima sec. 3. Ovid. contr. 13. de anima punc. 6. & alii passim. Tertia demum sententia est Thom. omnino negantium, scilicet speciem esse possibilem p. 1. q. 12. ar. 2. ubi Cajet. Navaret. Zumel. Gonzalez. Ripa. Machin. Capreol. in 4. d. 49. q. 5. ar. 1. Ferrat. 3. contra gentes Bannes dub. 1. Nazarius contr. 1. Cabrera. 3. p. q. 11. ar. 1. Soto. 4. d. 49. & antiquioribus Henricus quol. 3. q. 1. & p. 1. summa ar. 33. q. 2. ad 3. Durand. 4. d. 49. qu. 2. Paludan. qu. 1. ar. 2. Argenti. ar. 2. Marfilii. 3. q. 10. ar. 2. Egidi. in defensorio S. Th. ar. 1. quibus ex Societatis auctoribus accesserunt Arubal. disp. 16. c. 4. & 5. Amicus. to. 1. disp. 9. sect. 4. Grand. tr. 4. d. 5. sect. 3. & ex nostris Basol. 3. dist. 14. q. 1. ar. 1. citantur etiam D. Bon. 2. d. 23. ar. 2. qu. 3. ad finem, ubi tamen nihil ad rem clarè, vel solum de facto eam negat, nec loquitur de possibili, & Alensis p. 1. q. 2. memb. 3. ar. 1. ad 2. qui etiam loquitur de facto, & non de specie impressa, sed de specie, seu imagine objectiva, quæ per modum objecti ducit in cognitionem alterius.

ARTICULUS PRIMUS.

Possibilis est species impressa divine essentie.

**I**n hac assertionem conveniunt Auctores primæ, & secundæ sententia præcendendo modò ab alia questione, an hæc species parere possit, ac debeat cognitionem intuitivam divine essentie, an abstractivam solum, ut Scotus velle videtur; de quo in sequenti articulo, eam verò expressè docuit Doctor 2. d. 3. q. 9. ubi quærens, an Angelus habeat notitiam naturalem distinctam divine essentie, in resolutione quæstis, *scilicet ad quæstionem*, præmittit distinctionem de duplici cognitione, alia quidem abstractiva, quæ abstractit ab omni existentia actuali, saltem tanquam a ratione movendi, & terminandi, alia verò intuitiva, quæ est rei, quatenus præsens in propria existentia actuali; deinde ad questionem respondet, quòd licet secundum committere loquentes non possit Angelus ex puris naturalibus habere cognitionem Dei intuitivam, quæ est facie ad faciem, qualem expectamus in patria, non tamen videtur negandum, quin possit naturaliter habere cognitionem eius abstractivam per speciem à Deo infusam, quæ species distinctè repræsentat istam existentiam, nam licet non repræsentet eam, ut in se præsentialiter existentem, bene tamen possibile est habere cognitionem distinctam, licet abstractivam, nam abstractiva distinguitur in confusam, & distinctam penes rationem aliam, & aliam cognoscendi; Quibus verbis significat Doctor, cognitionem hæc abstractivam distinctam, quam ponit, Angelum habere per speciem impressam Deitatis, omnia prædicata Dei quidditative includere etiam existentiam ipsam in ratione objecti cogniti, non enim hæc abstractivam notitiam distinctam ab intuitiva fecerit, quòd hæc terminetur ad aliquod prædicatum in Deo, ad quòd illa abstractiva non terminetur, alioquin illa non foret notitia abstractiva distincta, & clara; neque Doctor hoc genus distinctionis ponit inter notitiam intuitivam, & abstractivam, sed inter confusam, & distinctam, dum ait, *abstractiva distinguitur in confusam, & distinctam penes rationem aliam, & aliam cognoscendi*; quatenus per distinctam aliqua tacto attingitur in objecto, quæ non exprimitur per confusam; hinc dicebamus disp. 6. de anima qu. 11. nu. 324. notitiam non dici abstractivam, quia necessario abstractat ab esse actuali existentie in ratione objecti cogniti, quia & ipsum esse actualis existentie potest abstractivè cognosci, ut Doctor docet plurius in locis, quol. 13. ar. 2. *scilicet circa secundum*, ubi ad 2. ait, quòd etiam ipsa existentia potest cognosci cognitione abstractiva, & 2. d. 3. q. 11. *scilicet respondeo*, ait, quòd non omnis cognoscens existentiam alicujus cognoscit illam intuitivè, quia potest ipsam cognoscere abstractivè, & idem habet 4. d. 45. qu. 3. ubi docet, nos recordari præteritorum, quòd existerint, & quando existerint, quòd non sit, nisi per species abstractivas repræsentantes eorum existentiam; Et hinc deducimus ibidem, notitiam intuitivam, & abstractivam ex parte termini in eo tantum sensu distingui, quòd intuitiva terminatur ad rem in propria natura existentem, & præsentem, non in specie; abstractiva verò de contra terminatur ad obiectum in specie relucens, sive à parte rei existat, sive non, & idè non dicitur esse rei existentis, quatenus existentis reduplicativè, ut dicitur intuitiva; accidit enim notitia abstractivæ, quòd obiectum eius sit in re actu existens, quia sit ex genere suo per repræsentativam, quòd indifferenter repræsentat obiectum, sive existat, sive non, ut monet Doctor quol. 7. *scilicet secunda conclusio*; quare refert, ut notitia dicatur abstractiva, non quia semper abstractat ab esse actuali existentie in ratione objecti cogniti, sed quia abstractit ab existentia, & præsentia rei, vel solum tanquam à ratione movendi, & terminandi; vel saltem tanquam à conditione moventis, & terminantis, ut loc. cit. de Anima ex professo declaratum est.

Hinc constat, quam altè hallucinati sint Recentiores in intelligentia sententia Scoti de specie abstractiva divine essentie, quam non solum ait, esse possibilem, sed de facto in Angelis admittit, dum ita eam explicat, ut Scotus dixerit, per eam speciem non repræsentari Deum, ut existentem, sed ut profus abstractivè hument ab omni existentia actuali; neque repræsentari Deum, ut præsentem, sed ut absentem, ut ei adscribitur Suarez disp. 30. Met. sect. 1. in 2. Falolus qu. 12. d. 10. nu. 36. & alii passim. Hoc enim neque per umbram insinuavit Doctor loc. cit. imò potius totum oppositum, ut constat ex modo dictis, enim vero cum dixerit, hæc speciem Angelis infusam esse distinctè, & clarè Deitatis repræsentativam (licet abstractivè) & distinctè repræsentari nequeat, quin attingatur ejus existentia, quæ ponitur de ejus quidditate; sequitur evidentè non sensitse, quòd notitia distincta per talem speciem habita abstractivè omnino ab existentia divina in ratione objecti cogniti, & repræsentati, sed solum tanquam à ratione movendi, & cognoscendi, vel conditione moventis, & terminantis, ut dictum est; Imò diximus loc. cit. de anima q. 11. nu. 319. quòd cum hujusmodi species infusa posset Angelo distinctè repræsentare divinam existentiam, nedum quoad prædicata quidditative, sed etiam quoad attributa, & modos intrinsecos, in quorum numero recenseret immensitatem, ratione cujus Deo compertit esse cuicunque creaturè intemè præsentem; poterat Angelus per hujusmodi abstractivam Dei notitiam ipsam attingere etiam ut sibi præsentem, non quidem reduplicativè, sicut convenit notitie intuitivæ, sed solum abstractivè, quò sensu specificativo duntaxat notitie abstractivæ non repugnat obiectum exprimerè sub ratione etiam existentis, & præsentis in ratione objecti cogniti, quia hujusmodi notitia non tam distinguitur ex objectis, & formalitatibus repræsentatis, quam ex modo eas repræsentandi, ut dictum est loc. cit. assignando discrimen inter notitiam intuitivam, & abstractivam; factis ergo constat, quò sensu dixerit Scotus, speciem hujusmodi impressam divine essentie esse illius distinctè repræsentativam, in cognitione tantum abstractivam.

Secundo, quoniam ex hoc, quòd hujusmodi species sit divine essentie distinctè repræsentativa, sequitur, inter ipsa ejusque obiectum aliquam intercedere adæquationem, nam clara, & distincta obiecti repræsentatio est ejus adæquata declaratio, notat deinde Doctor *scilicet dico ergo*, lit. 1. quòd hic potest intelligi adæquatio simpliciter entitatis ad entitatem, quæ proinde dici potest adæquatio entitativa, & in essendo; & hoc modo universatiter nullum per se repræsentans, quòd sit sola ratio repræsentandi, & non medium cognitum, idest obiectiva imago, quæ per modum objecti prius cogniti ducit in cognitionem alterius, adæquatur illi, quòd repræsentat, sed semper ab objecto deficit in perfectione entitativa, ut patet de albedine, & ejus specie impressa; vel potest intelligi adæquatio, non quidem in essendo, sed in repræsentando, seu secundum proportionem repræsentantis ad repræsentatum, & hoc modo rursus dupliciter, vel absolute, ut nimirum illa sit ratio objecti repræsentativa, quantum in se repræsentabile est, quò sensu species perfectissima albi ita illud repræsentare dicitur, ut sit ratio videndi illud comprehendivè, & secundum omnes ejus gradus vel solum relatè, idest in ordine ad actum talem, quem potest potentia comparatione ejus habere, quò modo species albi in oculo circumstantes, licet non ita perfecte repræsentent album, sicut esset in se repræsentabile, tamen perfecte repræsentant illud per comparationem ad actum talem, quia ita perfecte repræsentat, sicut requiritur ad habendum talem actum circa obiectum, idest, qualis haberi potest à tali potentia circa illud obiectum; idest, quæ ponitur inquit Doctor, quòd nulla species impressa dari potest, quæ divine essentie adæquetur in repræsentando primo modo, ut nempe eam repræsentet, quantum repræsentabilis est; sed tantum secundo modo, scilicet per comparationem ad actum, quò creatus intellectus essentiam illam attingere potest, ut constat in exemplo de specie infusa Angelo inferiori ad intelligendum superiorum, quam non oportet esse comprehensivam, quia Deus dat illam proportionatam virtuti intelligentis; Ex qua doctrina etià constat, speciem ipsam sive divinam esse simpliciter adæquatam, aut in essendo, aut in repræsentando esse profus impossibilem; non quidem in essendo, quia entitativa adæquatio tantum inter ea reperiri potest, quæ sunt equalia in entitate; ac neque etiam in repræsentando, quia Deus ex se est infinite cognoscibilis, & consequenter infinite repræsentabilis, quare repræsentatio ei simpliciter, & absolute adæquata non nisi per similitudinem infinite repræsentantem haberi potest, quòd species creatæ tùm impræ esse, tùm expressè omnino non nisi per similitudinem infinite repræsentantem esse esse repræsentativa, nisi finito modo, & per comparationem ad talem cognitionem, quæ de divina natura intellectus creatus habere potest, undè verò talis impressa species hæc limitatio nem habeat, quòd essentiam divinam non absolute repræsentet, quan-

quantum repræsentabilis esset, cum quilibet species supernaturalis suum obiectum naturaliter repræsentet, quantum in se repræsentabile est, ait Doctor quol. 4. lit. X. inde oriri, quòd rem creaturam species ab ipsi obiectis immediate dimanant seipis immediate potentia cognoscitivè impræditibus, & naturaliter producitur, quæ species divine essentie non immediate à divina essentia, & naturaliter creato, sicut neque illum immediate, & naturaliter movet; sed mediante voluntate patris, quæ Deo est præcipua ratio agendi ad extrinsecum, quò tandem patet, quare tali specie agendi ad extrinsecum, quò tandem patet, quare Deo est admissa minime sequatur, ut concordant Thom. eam futuram infinitam, neque entitativè, neque repræsentativè, quoniam est ad extrinsecum repræsentativa infiniti obiecti, non nisi tamen limitatè, & finito modo.

Tertio, ut declarat Doctor, quò pacto hæc impressa species diceretur forma naturalis, vel supernaturalis ordinis, inquit lit. *Deo*, licet ipsa non sit naturalis intellectui hoc modo, quòd sit intellectus positæ ex naturalibus suis eam acquirere, neque potest eam habere ex actione alicujus obiecti agentis naturaliter, quia non potest eam habere preferentialitate alicujus obiecti finiti moventis, nisi essentie divine tantum, quæ nihil aliud à se causat naturaliter naturalis causatione; tamen sicut præteritiones datæ Angelo in sua prima creatione, licet non necessario sequatur naturam ejus, diceretur naturalis, distinguendo contra merè supernaturalis, scilicet gratiæ, & gloriæ; ita ista perfectio data intellectui angelico, quæ essentia divina esset ei præsens distinctè, licet abstractivè, potest dici naturalis, & ad cognitionem naturalem Angeli pertinere, ita quòd quicquid cognoscit Angelus de Deo virtute hujus speciei, aliquo modo cognoscit naturaliter, & aliquo modo non naturaliter; naturaliter, in quantum ista non est principium gratiæ actus, nec gloriæ; non naturaliter autem, in quantum ad istam non potest pertinere ex naturalibus, neque aliqua actione naturali, sicut potest acquirere species jam intus aliarum naturarum, undè falsè est, quòd hinc infert Averroes loc. cit. contra Scotum, quòd cognitio quidditativa Dei habita per hæc speciem esset Angelo naturalis, sicut aliarum rerum. Quòd si talis species poneretur, posse cum intellectu visione beatam coefficiente, ita quòd esset principium etiam visionis intuitivæ, ut Recentioribus placet, tunc forma merè supernaturalis appellari deberet; quia esset principium actus gloriæ. Hinc colligit Doctor sub lit. N. talè speciem, si admittatur, esse non posse principium sufficientis, ut dicatur naturaliter per eam posse cognosci mysterium Trinitatis, quia licet illa species sit ratio distinctè cognoscendi essentiam divinam, non tamen est ratio distinctè cognoscendi modum istius essentie in suppositis, sicut etiam in nobis distinctè cognoscere potest aliqua quidditas creata, licet non cognoscatur in quibus suppositis sit, vel qualiter sit in eis; addit ulterius, quòd etiam dato notitiam vi hujus speciei habitæ ad mysterium Trinitatis præcedi, non hinc sequitur, eam cognitionem dicendam fore merè naturalem, quia ad eam non potest Angelus naturaliter attingere ex naturalibus suis, neque causis necessariis alicujus naturaliter agentis, ita quòd licet Angelus habens speciem divine essentie possit naturaliter uti etiam ipsa species est à causa supernaturali, & supernaturaliter agente. Dices, hæc species in intellectu Angelico propriis viribus ab alio Angelo cognosci potest; ergo propriis viribus cognoscere potest essentiam divinam, & Trinitatis mysterium, quia per eam de facto ab alio beato videtur hoc modo. Nego consequentiam, quòd per eam speciem ab alio Angelo visum tunc videtur etiam Angelus ab ipso, quia tunc illa species respectu istius Angelus non se habet, ut ratio videndi Deum, cum tale munus exerceat, solum in eo intellectu, cui inest, sed tantum ut obiectum visum, undè potest videri ab eo illa qualitas absoluta, non cognita relatione ad Deum, ita Doct. quol. 14. in fine loquens in simili de visione unius Beati ab alio visæ, contra quæ memorati potest argumentum; Ex dictis igitur patet, quòd si non dixerit Scotus, speciem hæc impressam divine essentie esse abstractivam esse suo obiecto adæquatam, & esse ordinis supernaturalis, quæ declaratione præmissa.

Quarto itaq, præcendendo modò à questione, an species hujusmodi modum abstractiva, sed etiam intuitiva, ut tenent Auctores secunda sententia, de quo ar. 3. sit ponenda, probatur ejus possibilitas, ut sic, absolute loquendo, vtriusquam quidem, sed ineluctabiliter, quæ est Scoti lit. K. desumpta ex patetate inter speciem impressam, & expressam; possibilis est species expressa Dei, quæ productiva per visionem beatam, vel potius in nostra sententia est ipsa visio beata juxta dicta de intellectu & verbo mentis d. 6. de Anima q. 3. ar. 1. ubi in universum statuerimus, intellectionem esse formaliter ipsa obiecti speciem expressam, formaliter, similitudinem in repræsentando, quæ intellectus affinitate intentione inter obiecto; ergo possibilis quoque est species impressa, consequenter probatur, tùm quia nulla disparitas probabilis afferri potest inter hæc, & illam, ut mox patebit; tùm quia non est major proportio speciei impressæ ad

Deum, quam expressæ, imò minor, nam species expressa, sed visio clara Dei illum immediate attingit, ut obiectum visum, species autem impressa, media expressæ tantum, & ejus est productiva, Deum attingit; ergo immediate inquit Doct. species expressa Deum respicit, quàm impressa, & consequenter major, vel saltem non minore habebit cum Deo proportionem quàm impressa, quare si una est possibilis, imò de facto datur, possibilis quoque erit, & altera; & sicut dari potest visio inadæquata, & quæ Deum quidem, ut obiectum infinitum repræsentet, sed finito, & limitato modo, idem suo modo de specie impressa dici poterit, ac debet; tùm quia nihil afferri potest contra speciem impressam, quòd non urgeat æquè bene contra speciem ipsam, sive vocetur species expressa, sive non.

Hoc unicum argumentum magnum facillit Th. negotium, qui proinde in ejus solutione non concordant, nam aliqui negant antecedens alii verò antecedente concessio, eo quòd rationabiliter negari nequeat, negant consequentiam, itaq, Henricus Cajet. Ferrat. & alii negat assumptum, dicunt; intellectionem Dei beatam non producere verbum, aut speciem expressam, & Capreolus addit, non esse de tatione intrinseca intellectionis esse similitudinem, sed actionem, & idèo dici similitudinem non in se, sed rationem principii; à quo procedit, nempe speciei impressæ; Verum contra hoc est Aug. 9. de Trin. cap. 10. circa finem, & c. 11. in principio, ubi asserit, cognitionem esse similitudinem rei cognita, undè inter c. 11. in quantum Deum novimus, similes sumus, sed non ad æqualitatem similes, quia non tantum ipsum novimus, quantum ipse est; ergo intellectus Dei in beatis per Aug. est similitudo Dei in se formaliter, & non accepta tantum denominatione à specie impressa, quam præsertim nulli Thomæ agnoscunt in beatis, ac proinde perperam ad eam recurrunt, ut ex tali principio visio beata dicitur Dei similitudo per extrinsecam denominationem, idem habet libr. 14. de Trinit. c. 17. cum accepimus perfectam visionem futuram in mente nostra, Dei perfectam similitudinem, & lib. 1. sc. 16. cum autem similes ei erimus, quando videbimus eam, sicut est. Idem clarissime docet Anselmus in Monologio c. 31. ubi ait, nulla ratione negari posse, cum mens rationalis seipsum cogitando intelligit imaginem ipsius nasci in sua cogitatione, imò ipsam cogitationem sui esse imaginem ad sui similitudinem, tanquam ex ejus impressione formatam; quancumq, enim rem (inquit) mens seu per corporis imaginationem, seu per rationem cupit veraciter cogitare, ejusque similitudinem, quantum valet in ipsa sua cogitatione, conatur exprimerè, quòd quanto verius facit, tanto rem ipsam verius cogitat; ex quo colligitur primo, similitudinem ipsam Dei, & verbum non esse quidd distinctam ab ipsa cogitatione, & intellectione; deinde non posse esse intellectionem sine tali similitudine, imò de veriore esse, quò intellectus verius intelligit, ut fit in patria, similitudo enim in hoc consistit, ut taliter concipiamus, & apprehendamus obiectum, sicut est. Deinde probatur ratione ducta ab experientia, dum enim intelligimus, ut sic experimur in nobis similitudinem obiectum etiam absentes, & destructiva præsens habemus obiectum actu, & illud intentionaliter attingimus, quæ de causa dixit Art. 4. de anima intellectum nostrum intelligendo fieri omnia quoadammodo, idest, intelligibiliter, & intentionaliter, quatenus intellectio formalis obiecti repræsentatio, ac intentionalis similitudo, quæ cognoscit obiectum, sicut est; Constat, quia si non est de ratione intrinseca intellectionis, quòd sit similitudo, sed quòd fit actio, ut aiant Th. edisserant, quid per visionem productur in intellectu beato; respondent, hoc non esse verbum, seu speciem expressam, sed tantummodo modum quemdam unionis, quò intellectus beati in actu secundo intentionaliter unitur obiecto beatifico. At contra hoc est, quòd fictitius omnino est talis modus unionis intentionalis intellectus cum obiecto, qui non fit verbum, aut species expressa, siquidem intellectus non alter obiecto unitur per intellectionem, nisi producendo intentionalem similitudinem illius, unio enim ista non est realis, & physica, sed intentionalis; at hæc similitudo aliud non esse, nec esse potest, quàm species expressa, seu verbum mentis; tùm quia opus est, hunc modum unionis similes esse principio producenti, at alter nequit ei esse similis, nisi quatenus est expressa imago obiecti. Demum si non datur species expressa Dei, ut isti asseverant, ex eo quòd non potest dari similitudo Dei ob improprietatem rei creatæ ad increatum, sicut ad infinitum, consequenter neque dabitur ullo modo clara cognitio Dei, ob eandem improprietatem, cognitio enim ea præcipue, quæ est quidditativa, & intuitiva, debet esse proportionata cognoscibili, quia ab eo specificatur, & talis est, qualem requirit obiectum, unde diversa obiecta diversam postulant cognitionem, nam per unam & eandem respici nequeunt diversa obiecta primaria, & formalia, & non ob aliam rationem, nisi quia non omnis cognitio est omni obiecto proportionata; at advertendum est ex dictis n. 4. hæc proportionem, quæ requiritur

inter obiectum, & cognitionem non consistere in esse rei, ut se habent species, & similitudines obiectivae, quae debent prius cognosci, ut per illas cognoscatur obiectum, sed solum sufficit proportio in esse representativum, & representabilem, vel absolutam, vel saltem comparativam, ita ut res, quae cognosci debet, sit intra latitudinem obiecti potentiae cognoscitivae, argumeta vero, quibus Thom. probare contendunt, non esse possibilem speciem Dei expressam, soluta manebunt ex solutione eorum, quibus nuncitur ostendere impossibilitatem speciei impressae, cum ferè sint eadem, & alia quaedam inferius q. 11.

8. Alii proinde videntes non posse rationabiliter negari speciem Dei expressam, cum sit ipsa clara Dei visio, sive vocetur species expressa, sive non, ad mittunt speciem expressam, & negant impressam, defenduntque assignando discrimine inter impressam, & expressam. Verum ut diximus, haec paritas omnino dissimulata non potest, imò tenet à minori ad majus, si namque datur species expressa Dei, quae est similitudo formalis Dei, eumque immediatius attingit, multo minus repugnabit species impressa, quae est similitudo tantum virtualis, ut ingenuè falsus est Cajet. qu. 12. ar. 2. dicens, cum sit illud expressa clarius representet rem conceptam, quam species impressa, si impossibile est inveniri speciem impressam creatam, respectu alicujus propter eminentiam rei cognita, multo magis impossibile est inveniri speciem expressam, omnes enim rationes contra illam sunt etiam contra istam, & omnem aliam speciem; quod evidens fiet evertendo breviter omnes disparitates, quae solent afferri inter speciem impressam, & expressam; Soto loc. cit. ait, discrimen esse, quia species expressa non est principium efficiens beatitudinis, sed formalis ipsa beatitudo, at species impressa est principium efficiens, unde si daretur, efficienter bearet hominem, & non formaliter tantum, quod est impossibile, sicut à pari gratia non implicat, quia facit sanctum formaliter, non efficienter, nulla tamen creatura est, quae possit producere gratiam efficienter. Hoc discrimen nullum est, quia hinc minime probatur, contradictionem implicare, quod deus principium àliquod efficiens creatum visionis beatificae, nam visio beata efficienter etiam producit ab intellectu, & à lumine gloriae; ergo etiam à specie produci poterit, si ex alio capite implicanti non ostendatur; illud autem, quod asseritur, effectivè fieri, nisi à solo Deo, sicut ipsum lumen gloriae, hoc tamen non probat de visione beata, ad quam efficienter concurrunt ipsum lumen gloriae, cum enim visio sit actus secundus, bene potest ab aliquo actu primo creato pendere, in quo dicitur à gratia. Ferrar. loc. cit. inquit, speciem expressam oriri à divina essentia cum intellectu, & ita posse habere vim representandi clarè illam, quod non habet species impressa. Neque hoc discrimen satisfacit, quia non assignatur ratio, ob quam species impressa, immediate à Deo producta non possit ipsum clarè representare, ut est in se infinitum. Alii dicunt, quod species expressa, licet representet Deum infinitum, tamen finite repraesentat, quia limitata ab intellectu, à quo producit, species autem impressa si daretur, non haberet, à quo limitaretur in representando, quia à solo Deo, produceretur, sed hoc facile refellitur ex dictis n. 4. sicut enim potest per Dei voluntatem produci species expressa finita, & limitata in esse, licet dicatur infinita in representando, quia repraesentat infinitum, estò finito modo; ita idem dicendum erit de specie impressa, neque enim quicquid immediate à Deo producit, est infinitum, & illimitatum. Dices, quod species impressa deberet esse infinita, quia oritur naturaliter ex obiecto, non tamen expressa. Respondeo, in creatis etiam speciem expressam naturaliter ab obiecto produci, ut causa eius partialis; sicut ergo haec libere producit à Deo in intellectu beato, quatenus agit ad extra per intellectum, & voluntatem, ita quoque species impressa libere produceretur ab ipso. Dices, quod species impressa deberet esse infinita, quia in esse representativo est ejusdem rationis cum obiecto. Respondeo, eandem esse profus rationem de specie expressa, & patet ex dictis n. 4. neutram esse ejusdem rationis cum obiecto in essendo, sed solum intentionaliter, ac in representando, vel simpliciter, si solum representat, quantum in se representabile est, vel secundum quid, si non illud se repraesentat, sed cum aliqua limitatione, sicut est in proposito; Alii etiam alias disparitates assignant, quae rejiciuntur in solutione obiectorum.

9. Postremo probatur assertio ex dissolutione omnium implicatarum, quas solent Adversarii in oppositum obijcere, siquid quod non implicat sub obiecto divine omnipotentiae, cadere potest, quae probatio è vel maxime efficax censeri debet, quia est Adversarii convenient in sententia de omnimoda impossibilitate speciei impressae, sive abstractivae, sive intuitivae divinae essentiae, tamen in solvenda paritate de specie expressa, & in repugnantis asserendis, tanta est inter eos dissensio, ac discorsantia, ut unusquisque contendat, repugnantiam suam aliter, & aliorum reprobare, unde Amicus disp. q. cit. sect. 4.

omnes aliorum implicantias refert, ac singillatim refellit, & tandem n. 116. propriam alitit, quae forte est ceteris imbecillior, ut statim vidimus; Ex quo dicitur quilibet Theolog. ut ait Fasolus, prudenter deducere potest, nullam revera in hoc subesse repugnantiam, quia si aliqua talis adesse firmæ, & subsistens, in eam Adversarii unanimiter utique conspirarent.

ARTICULUS SECUNDUS.

Solvuntur objectiones contra speciem impressam divinae essentiae.

10. Prima obiectio deducitur ab Amico loc. cit. ex impossibilitate speciei expressae, quae proinde est veluti reflexio rationis nostrae, quae ex possibilitate speciei expressae, etiam & impressae possibilitatem arguamus; species impressa, inquit, essentialiter ordinatur ad expressam, ut principalem causam ipsius; implicat autem expressa: ergo & impressa. quam implicantiamentiam attulerunt Sylvestre in consilio q. 12. ar. 2. & Ferrar. 1. contra gentes cap. 53. minorer probat Amicus sec. 3. concl. 2. species expressa debet exprimer obiectum in esse intentionali secundum omnem perfectionem, quam habet in esse reali, alioquin per eam non totum obiectum cognosceretur, nec quoad omnes rationes ejus cognoscibiles; sed nulla species creata exprimer valet essentiam divinam secundum omnem perfectionem, quam illa continet in esse reali. Consi. quia talis species est tantae perfectionis in esse intentionali, quantum perfectionis est obiectum ipsum in esse naturali; atque obiectum exprimentum est infinitae perfectionis in suo esse naturali, ut patet; ergo & species ipsa in suo esse intentionali, major probatur, nam in ea mensura crescere debet species in esse intentionali, & representativo, quae crescit obiectum ipsum in esse naturali. Deum implicat, formam finitam prestare posse effectum formalem infinitum, videre autem Deum obiectum infinitum est effectus formalis speciei expressae, ergo implicat, illam exprimer Deum infinitum, & tamen esse perfectionis finita.

11. Respondeo primo ad majorem, speciem impressam propter cognitionem requiri, ab obiecto enim, vel aliquo ejus vices supplente, qualis est species impressa, pariter notitia, sive haec notitia dicatur species expressa, sive non, unde etiam negata species expressa Dei, dummodo concedatur ejus visio, vel notitia clara, & distincta debet concedi impressa species, quae ad eius productionem ordinatur, & ideo bene dixit Arriaga loc. cit. Thom. concedentes beatam visionem, quae sit clara, & distincta Dei notitia, & negantes dici posse speciem Dei expressam, facere quaestionem de nomine, an sit dicenda species expressa, nec ne, & sine dubio melius appellatur hoc nomine, quam non cum notitia creata sit suapte natura intentionalis similitudo obiecti, ut constat ex Aug. Ansel. & Arist. citatis n. 7. Deinde dico ad minorem, si talis clara Dei visio non dicatur species expressa ob improportionem rei finitae ad infinitam, ut urget argumentum, tunc ob eandem rationem, ut loc. cit. arguebamus, nequidari poterit clara cognitio Dei, sive dicatur species expressa, sive non, nam omnis talis cognitio debet esse proportionata obiecto, & declarare obiectum sicut est, alioquin vera, & adequata cognitio non esset; sed finiti ad infinitum nulla potest esse proportio; ergo dari nequit cognitio clara, & distincta de Deo, per quam à Beatis in patria videatur sicuti est, nam ipse infinitus est, & infinitè cognoscibilis, & per nullam creatam cognitionem potest, ut talis attingi, alioquin per eam comprehenderetur: ergo argumentum factum nendum probat speciem Dei expressam possibilem non esse, sed etiam repugnare visionem ipsam beatam, quae sit clara, distincta, & adequata Dei notitia, sicuti est, sive dicatur species expressa, sive non; Quae argumentum solum probat, quod sicut dari nequit visio beata, quae sit cognitio comprehensiva Dei, ita neque dari potest species impressa, quae sit principium talis comprehensivae notitiae, sive notitia illa dicatur species expressa, sive non; hoc, inquam, duntaxat probat argumentum, & nihil plus, alioquin probaret omnem notitiam Dei claram, & distinctam esse impossibilem, quia omnis talis debet esse Dei declarativa, sicut est, & cum ipse in se sit infinitus, debet esse obiecti finiti declarativa; hoc autem non repugnat, si fiat modo finiti, & limitati suae naturae proportionato; sed tantum repugnat, quod fiat comprehensivè, quod autem addat cognitionem comprehensivam supra cognitionem claram, & intuitivam obiecti, dictum est disp. 6. de anima qu. 12.

12. Et quidem argumentum aequè bene concludere de visione beata in ratione notitiae, & cognitionis, sicut in ratione speciei expressae adhuc magis liquet descendendo ad probationes minoris, & commutando vocabulum speciei expressae in vocabulum cognitionis, & notitiae, nam sicut species expressa, ita quoque cognitio clara, & distincta debet exprimer, hoc est, declarare obiectum in esse intentionali secundum omnem perfectionem, quam

quam habet in esse reali; & quilibet cognitio est tanta perfectionis in esse intentionali, quante perfectionis est obiectum in esse reali, quia quilibet cognitio in perfectione specificatur à suo obiecto formalis praeterit, & primario; ergo si hoc repugnat visioni beatae in ratione speciei expressae, repugnabit pariter in ratione cognitionis, & notitiae claræ, & distinctae, sicut ergo potest dari lumen, & visio Dei infiniti, non tamen in finitè, hoc est comprehensivè visitanti potest species, sive impressa, sive impressa ad videndum Deum infinitum, non tamen in finitè, & ideo non sequitur, talem speciem si daretur, fore magis infinitam, quam sit visio, & lumen modo de facto; Quare ad argumentum in forma negatur minor, ad primam ejus probationem rursus negatur minor, quam arguens non probat, nam potest dari species creata obiectum infinitum repraesentans, & sub ratione finiti sed finitè, ex quo non sequitur in ea specie nec infinitas in essendo, nec infinitas in representando simpliciter, & absolute, sed tantum secundum quid, & obiectiva, ut constat ex dictis n. 4. vel ad summum quod talis species sit altioris ordinis, quam ceterae, sicut actus visionis beatificae est altioris ordinis ceterorum, finitum actus habet tamen, & limitatus, tam in essendo, quam in representando, ut etiam post Scotum noravit Suarez lib. 2. de attributis, c. 13. n. 18. Ad 2. probationem atque Doctor cit. 2. d. 3. q. 9. K. quod sicut actus finitus potest habere obiectum ex parte sui in finitum, & tamen actus immediatius attingit obiectum, quam species ista species potest representare obiectum infinitum sub ratione infinita, non tamen ipsa est ad aequa obiecto in essendo, nec in representando simpliciter, quia ipsa non est principium comprehendendi, quare negatur major, si intelligitur de adaequatione simpliciter, & ex ejus probationem dicendum, ex illa calculatione speciem crescere in perfectione, non ad aequalem cum obiecto, nec in essendo, quia species semper deficit à perfectione obiecti, cum sit effectus ejus aequivoqus, nec in representando, quia species divinae essentiae, sive impressa, sive expressa, non repraesentat eam adaequatè simpliciter, quantum in se repraesentabilis est, sed tantum crescit quoad proportionem, unde statim sequitur in eas infinitas quaedam secundum quid, & obiectiva, & quod talis species sit ceteris perfectior in esse representativo, non tamen quod sit omnino aequalis obiecto. Ad videndum Deum obiectum infinitum est in forma illi minori, quod expressa, addi deberet, *Et hoc est effectus formalis infinitus*, nam tunc negatur minor quod hanc partem, vel distinguatur, quod id verificatur de videndo Deum obiectum infinitum, & infinitè, non autem de videndo obiectum finitum, finitè, & limitatum modo, & sic distinguendum est etiam cõsequens inde deductum, constat itaque, ex representatione, quae ex similitudine oritur, non bene deduci, quod non possit dari species finita infiniti obiecti, sive sit fermo de specie expressa, sive impressa, quia haec species non sunt similitudines in essendo, & neque etiam in representando sunt similitudines omnino adaequatae obiecto, sed vel adaequatae, vel adaequatae rãum secundum quid ex dictis n. 4.

13. Et ex omnino apparet imbecillitas argumenti propositi, quo contendit Amicus ostendere impossibilitatem speciei expressae, ut hinc etiam deduceret impossibilitatem impressae, notandum est, illud idem argumentum afferri à Theologis p. 1. p. 2. ar. 1. ad probandum, visionem beatam esse debere infinitam, quia est obiecti infiniti, quia quo obiecti est perfectius, eo perfectior est visio, sed Deus infinitè superat quodcumque aliud obiectum quantumvis perfectum, ergo & Dei visio superare debet visiones aliorum obiectorum; si enim ad videndum obiectum perfectum, ut quatuor requiritur aliqua visio certè, & determinatè perfectionis, ergo ad videndum obiectum perfectius, ut octo requiritur visio magis perfectè, ergo ad videndum obiectum infinitè perfectum requiritur visio infinitè perfectè; & idem argumentum fieri solet etiam ad probandum actum supernaturalè amoris charitatis, qui habet pro obiecto summum, & infinitum bonum, & superat infinitos alios amores, circa infinita alia bona creata perfectiora, & perfectiora in infinitum, sed sepe infinitè imperfectiora bono divino esse debere infinitum, faterentur autè omnes, istas consequentias ex tali argumenti calculatorio deducit ad illud adducit Fasolus qu. 12. ar. 1. dub. 7. & Suarez cap. 13. cit. n. 18. uno verbo concludit, ex illa calculatione non colligi in specie representantem, sive sit expressa, sive impressa, nisi infinitatem tantum secundum quid, & obiectivam, vel ad summum, quod talis species sit altioris ordinis, sicut in veritate dicitur de visione, de lumine, & amore Dei supernaturali, ut summè, & infinitè boni; itaque opinio veritate de actuali visione, ac lumine colligenda est vera opinio de possibilitate speciei, tam expressae, quam impressae, sicut enim de facto visio beata, & lumen gloriae sunt qualitates finitae quidè, sed in altiori ordine generis supernaturalis, ita etiam debet debet species expressa, ac impressa, si daretur, & tunc est quae quando obiectum excedit potentiam, potentia non attingit in obiectum secundum totum id, quod in se est, sed modo at-

temperato, & a. comodato ipsi potest, quare cum Deus sit obiectum infinitè excedens creaturam, creatura actibus suis non attingit Deum secundum totum id, quod est in se, sed modo creaturae proportionato, scilicet per cognitionem, & volitionem finitam; atque ideo licet ceteris paribus semper verum sit argumentum calculatorium, quod tão est perfectior cognitio, quãdum est infinitè perfectioris, talis etiam esse debet ejus cognitio elicita ab intellectu creato, quasi actus erit in perfectione ad aequalitatem obiecti, quia actus limitatur salte ex principio creato, à quo elicatur, vel in quo recipitur, sed crescit tantum secundum aliquam proportionem, adeo quod extinguitur, & obiectivè nequeat dari perfectior actus, vel perfectior species, hoc est, circa perfectius versans obiectum, sed in serie specierum haec fit major, & summa omnium; quod est crescere secundum proportionem geometricam, non autem arithmetica.

14. Dices essentia divina est infinita, & cõcinet in se omnes perfectiones possibilis, ergo non potest clarè, & intuitivè representari propter speciem finitam, quae ad unam certam perfectionem est limitata. Respondeo, argumentum aequè, vel magis concludere contra actum, quam contra speciem, quia major est representativis ratio in actu, quam in specie, quia actus est immediatè, & per se, & expressè representativus obiecti, species vero non nisi mediante actu, ut ait Scotus lit. K. & nedum cõcludit de visione in ratione speciei, sed etiam in ratione actus, & notitiae experimentis, & declaratans obiectum, sive appelletur species, sive non nego itaque consequentiam, quia ut sepe dictum est, licet essentia divina sit infinita, finito modo per speciem finitam representari potest, cum verò addebat, speciem finitam ad unam certam perfectionem esse limitatam, hoc non debet ita intelligi, quasi unam solam Dei perfectionem repraesentet, quia tunc non repraesentat Deum clarè, & distinctè, sed hoc licet omnes repraesentet, non tamen nisi finito modo, & in hoc praesertim consistit limitatio illius speciei, non quoad numerum perfectionum repraesentatarum, sed quoad modum eas repraesentandi. Dices, si finito modo per talem speciem repraesentatur, ergo non totus, & quoad omnes ejus perfectiones per eam attingitur, & consequenter non clarè & distinctè, Negatur consequentia, quia fit transitus à modo repraesentandi ad rem repraesentatam, quare ex eo antecedente solum deduci potest, quod Deus per ea speciem non totaliter videtur, quod utique verum est, ad comprehensionem spectat; non tamen, quod non videatur totus, cum enim sit obiecti in se formaliter indivisibile, quacumque visione videatur, dum modo sit intuitiva, non potest non videri totus. Dices rursus, Deus in sua entitate est incircumscriptus, & illimitatus, ergo non potest dari species impressa, quae eum distinctè, & quidditative repraesentet, quia per ea redderetur tota Dei essentia adaequatè intelligibilis, & consequenter comprehensibilis. Respondeo, iterum argumentum aequè, vel magis cõcludere de expressa specie, quam impressa, & de visione ratione notitiae experimentis, & declaratans Deum, & sicut est attingens, sive dicatur species, sive non, & frustra ita Thomistas ostendere, non posse dari speciem finitam infiniti obiecti, si per se probant, non posse dari visionem finitam infiniti obiecti, & ideo Soto 4. d. 49. qu. 2. ar. 3. concl. 2. ingenuè fateatur, hoc argumenti genus efficax non esse, quare repetit ex Doctore q. 9. cit. K. speciem finitam posse repraesentare obiectum infinitum sub ratione etiam infinita, hinc tamen non sequi comprehensibilitatem Dei per eam, quia non est ei adaequata in essendo, nec in representando simpliciter, & absolute, atque ideo non est principium comprehendendi, per speciem ergo fieret essentia intelligibilis, quia tota quidditas esset cognoscenda, non tamen totaliter nec adaequatè simpliciter. Hinc deducit, inane esse laborem Cajet. p. 1. quaest. 12. ar. 2. *3. tertia autem ratio*, ubi probare contendit, esse in sua intelligibilitate infinitum, & in circumscriptum non posse quidditative representari per speciem finitam, & limitatam, quia alias inter species, & ens infinitum, per eam repraesentatum non daretur realis similitudo, & adaequata, qualè exigat cognitio talis infiniti; vana, inquam, est labor, quoniam assumpra illa propositio est omnino falsa; ejusque probatio est ingenio Cajet. indigna, inquit Regid. Lustran. lib. 8. 2. p. quaest. 2. ar. 5. quoniam supponit, omne cognitionem infinitam indigere similitudine, & representatione infinita totaliter adaequata, quod est falsissimum, nam divina essentia, ut unita intellectui beato in ratione speciei non adaequatè, & totaliter repraesentat seipsum in intellectu, sed inadaequatè, & finitè, unde concludit, quod non distinguere inter repraesentata adaequatè, & inadaequatè occasionem errandi praebuit Adversarii, & ex eadem confusione ait Fasolus dub. 7. cit. nu. 42. procederet argumentum, illud calculatorium, quod obijcere solent, *quo obiectum est perfectius eo perfectior est visio; sive crescente perfectione obiecti, crescere debet perfectio visionis*, haec enim calculatio procedit in visione adaequata, non autem inadaequata, nec video, cur Poncius disp. 4. nu. 12. hanc inficietur doctrinam, nam si talis argumentatio valet,

valeret, plane nisi in visione adequata vim haberet, quod essent infinita saltem in genere cognitionis.

OBJECTIO SECUNDA.

Ex eo, quod talis species esset infinita.

Secunda obiectio, quae est velut replica contra precedentem responsum, ex eo sumitur, quod non potest dari species impressa divinae essentiae, quae representent Deum finitè, & sub aliqua ratione limitata, ut dicebatur in precedenti solutione, sed necessariò debet eam representare sub adequata illius intelligibilitate, & subindè infinite, & comprehensivè; talis autem species esset impossibilis, ergo &c. major probatur multipliciter, primò quia si species divinae essentiae non esset infinita in representando, non esset adequata Dei similitudo. Tum 2. quia cum species se habeat ex parte obiecti, sicut non potest in representando non mensurari ab obiecto, ita nec potest in representando illi non adequari, ergo si obiectum fuerit intelligibilitatis illimitatae, qualis est divina essentia, necessariò illud representabit illimitatè, & comprehensivè. Tum 3. quia talis species nihil haberet, undè in representando limitaretur, atque ideò essentiam modo infinito representaret, probatur assumptum, non limitaretur ex parte efficienti, quia cum à solo Deo produceretur, ad illius productionem nullum agens finitum cooperaretur, à quo sumeret limitationem, à Deo autem non potest limitari, cum sit infinita virtutis; nec etiam limitaretur ex parte intellectus recipientis, quia eius potentia passiva ad recipiendum est infinita sine categoriè, undè potest recipere in infinitum speciem perfectionem, & perfectionem in representando; nec tandem limitaretur ex parte obiecti, quia divina essentia est infinite intelligibilitatis. Tum 4. quia species illa non produceretur liberè à divina essentia, sed naturaliter, sicut univèrsaliter species omnis naturaliter, & necessariò à suo obiecto dimanat, ut naturalis eius imago, nam oritur ab essentia, ut essentia est, non autem, ut volens, essentia verò ut praecise essentia est, antequam liberam determinationem voluntatis; tum quia cum sit fœmen obiecti, eiusque vicaria, non nisi ab ipsa immediate produci potest, aut ab alia causa superiori, in qua obiectum ipsam virtute, eminenter continetur, at divina essentia se contineri nequit in voluntate, aut omnipotentia aliovis attributo, cum potius ipsa se contineat cetera, & ergo naturaliter produceretur ab essentia, praeterquam quod daretur aliquis effectus ad extra, necessariò productus, non possit eam non representare secundum adequatam illius intelligibilitatem. Tum 5. quia dato etiam, quòd liberè produceretur, adhuc naturaliter representaret divinam essentiam, & secundum totam suam virtutem, ut naturalis eius imago, quia libera emanatio non repugnat cum naturali representatione, & semel liberè impressa, naturaliter, non liberè postea representat. Tum tandem, quia Scotus 2. d. 3. q. 10. s. 1. ita opinio, negat, dari potest speciem in Angelis, in infinita obiecta representantem, quia tunc esset infinita representabilitatis, & consequenter infinita entitatis, ergo pariter dari nequit species distinctè representans divinam essentiam, quae est virtualiter contentiva infinitum obiectorum, antequam deus verò probat ibidem Doctor pluribus, & validissimis rationibus.

16. Respondeo negando majorè at constat ex dictis, sicut enim non oportet, essentiam divinam totaliter, & adequatè representari intellectui creato, nam de facto etiam in Adversariorum sententia, ut intellectui beato unitur ad instar speciei, finitè per ipsam ei representatur, ita minime opus est, ut species eius representativa eam totaliter, & adequatè representet, sed fieri potest, ut eam inadquatè tantum representet, & modo finitò; hinc ad primam maioris probationem concedo, talem speciem non esse futuram divinae essentiae adequatam in representando ad aequationem simpliciter, & absolute sumpta, sed tantum secundum quid, & relatè modo explicato n. 4. Ad 2. species non dicitur mensurari ab obiecto, nisi quatenus suam perfectionem in genere entis representativi, suamque veritatem habet dependenter ab eo ex Scoto quol. 1. M. & 4. d. 1. quæst. 1. S. unde talis commensuratio non fit, nisi iuxta modum, quo per ipsam representatur obiectum, quare cum per speciem creatam, sive expressam, sive impressam non representet, nec representari possit essentia divina, nisi ut intelligibilis inadquatè, & finitè, nullo modo sequitur, quòd si obiectum sit de se infinite intelligibilitatis, debeat etiam sic à specie representari. Ad 3. negatur assumptum, ad cuius probationem dicendum est, eam speciem limitari ex parte efficientis Dei, neque enim quicquid immediate à Deo produceretur, est infinitum, & illimitatum, ut constat in mundi productione, & Angelorum, Deus enim liberè producit res extrinsecas, proinde potest res limitare, sicut vult, praeterquam quando sic petit eam natura; potest etiam species illa limitari ex parte intellectus recipientis, quia licet sit sine categoriè, & infinite in recipiendo speciem, semper perfectionem in infinitum

non tamen est categoriè, & finitum, quia nunquam potest recipere speciem, nisi finitam in representando; ac tandem etiam aliquo modo dici potest limitari ex parte obiecti, quoniam licet essentia sit de se infinito modo representabilis, non tamen per speciem, ut talem se exhiberet intellectui creato, sed tantum, ut inadquatè, & finitè intelligibilis, cum aliter ab intellectu creato nequeat intelligi. Ad 4. retunditur argumentum in specie expressa, seu in ipso actu cognitionis, quoniam in creatis producit etiam ab obiecto, tanquam ab altera causa cum intellectu, & quidem naturaliter, & necessariò, & adhuc tamen non necessariò, sed liberè visionem sui producit Deus in intellectu beato, licet ergo verum sit, omnem speciem, tam impressam, quam expressam naturaliter, & necessariò produci à proprio obiecto creato; non tamen idem ferendum est iudicium de productione specierum ab obiecto increato, nam, & talis species est effectus ad extra, & quilibet effectus ad extra liberè producit à Deo, ut de speciebus Angelicis infusus Adversarii fatentur; atque ideò minime necessarium est, ut species à suo obiecto per modum naturae produceretur, licet hoc reperitur in obiectis creatis; neque obicit naturalitas speciei, quia omnis effectus ad extra, quavis in se naturalis, & necessariò, tamen à Deo liberè producit; in hoc igitur argumento decepti sunt Adversarii, quia ad productionem huius speciei supponunt, Deum concurrere solum concursu, & efficientia obiectiva, non verò concursu generali, quo ut rerum omnium Auctor ad omnes activè concurrat, quòd est omnino falsum, nam praeter concursum obiectivum necessariò concedendum est, Deum ad hanc speciem concurrere generali concursu, quo ad ceteros omnes effectus concurrat; quia data doctrina etiam concederemus, hanc speciem, ut ab essentia divina dimanat sub ratione obiecti, necessariò procedere, adhuc non sequitur, Deum ad extra aliquem effectum necessariò operatum, quoniam est regula Scoti quol. 16. S. quòd quandoque qualis effectus à duabus causis procedat ab una naturaliter operante, ab alia liberè, totus effectus dicitur liberè productus, ut constat in productione artificialium, ab quam intellectus cum voluntate concurrat, & tamen totum dicitur produci liberè, & ex proposito; ergo ut Deus dicitur liberè concurrens ad visionem beatificam, & ad speciem impressam, de qua est sermo, satis est, quòd concurrat liberè per modum obiecti, undè etiam constat in nobis, aliquam intellectionem esse posse liberam, etiam si ad eam species intelligibilis ex parte obiecti necessariò concurrat, eò quòd subordinatur voluntati.

17. Sed quavis posset id probabiliter dici ad offendendum argumentum propositum non concludere, quòd talis species esset effectus necessariò productus ad extra, neque hinc sequitur, quòd divina essentia adequatè representetur, quantum à representabilis est, quia talis species representatio limitaretur per actionem divinam voluntatis limitantis, ac attemporantis concursum obiectivum essentiae; longe tamen probabilius est asserere, omnem concursum Dei ad extra, qualisunque sit liberum esse, quia suspendi à Deo potest, & ideò non posse fieri immediatè per essentiam, sed à libera voluntatis determinatione; quare omnino negandum est assumptum in argumento cum Scoto quol. 14. X. quòd talis species procederet à divina essentia naturaliter, & non liberè; ad primam probationem negatur univèrsaliter, esse de ratione speciei, ut sic, quòd naturaliter à suo obiecto procedat, cum oppositi experiamur in ipsa visione beatifica, ad quam Deus etiam in ratione obiecti liberè concurrat; neque obicit, quòd esset naturalis Dei imago, ideòque ab eo naturaliter, & necessariò procedere debeat; hoc enim verificatur solum de imagine naturali increata, & ad aequata Dei, qualis est ipsum divinum Verbum, non autem de imagine naturali creata, & inadquatè, qualis esset hanc speciem. Ad aliam probationem dico, hanc speciem debere provenire ab essentia, secundum rationem formalem essentiae, obiectivè, & exemplariter, quia ipsam representat, & ad eam iuxta eformam debet, non verò effectivè per generalem influxum, quia hoc modo solum à voluntate procedit, quae est potentia Dei executiva ad extra; Ad ultimam concedo, speciem illam non nisi à solo Deo produci posse, dicimus tamen, Deum illam producere non per suam essentiam omnino immediatè, sed applicatam per voluntatem ad talem effectum producendum, vel potius per ipsam voluntatem; undè species illa non producit ab obiecto superiori virtualiter, vel eminenter essentiam ipsam contentam, sed à Deo formaliter in divina natura subsistente, undè opus non est voluntatem continere virtualiter, vel eminenter ipsam essentiam divinam, quia voluntas non est agens, ut quod, sed ut quo, cum sit formaliter ipsa omnipotentia, & potentia executiva, qua Deus applicatur ad agendum ad extra.

18. Quare, quomodo divina essentia concurrat ad productionem huius speciei, an per seipsam applicatam per voluntatè, vel ita ut essentia non concurrat efficienter, sed sola omnipotentia; Hæc

Hæc difficultas disputatur de facto in ordine ad beatam visionem, & immediate procedat effectivè ab essentia divina, vel à voluntate, & quicquid dicitur de facto in ordine ad beatam visionem, dici debet quod, in ordine ad speciem impressam, quam ponimus possibilem; Gallus recens Scotista hanc quaestionem tr. 3. d. 14. disp. 1. sec. 5. quavis c. 2. viderem existimet sententiam communiorum, quòd visio Dei immediatè procedat ab omnipotentia, ita tamen explicat omnipotentiam, ut non dicat solam voluntatem, prout ab essentia formaliter distinctam, neque solam divinam essentiam concurrente voluntate dumtaxat per modum applicantis, ut opinatur Suarez cù Durando citati disp. 4. q. 6. sed utramque simul complectatur, ut unum principium adequatum, & sufficientes constituentes, idque liberum omnino non ex sola applicatione, & libertate remota, ut posterior sententia dicebat, sed formaliter, & essentialiter, ac proximè, & immediate; mediat autem hic Auctor inter has sententias, vel potius utramque amplexatur, quia nulla seorsim sumpta sibi videtur vera; nam prima statuens omnipotentiam formaliter in sola divina voluntate, quia si omnipotentia est principium efficiendi creata, illa saltem debet virtualiter continere, ac hæc contentiva voluntati per se sumpta convenit non potest, nec alicui attribui, sed tantum essentia, ut omni perfectionum pelago, ac simpliciter infinitè in toto genere entis, infinitas verò voluntatis, & aliorum attributorum non est infinitas simpliciter absolute, & undequaque, sed secundum quid, & in tali genere perfectionis; neque etiam posterior sententia bene omnia salvat, quia voluntas Dei nullam partem in creatis effectibus haberet, nisi remotam, & ut applicans essentiam, quod contra Scripturam, & Patrum verba videtur, quæ vim imaginariam illi tribuunt; ergo ad salvandum omnia prestat, utramque sententiam conjungere simul; atque ita patet, quòd dicendum sit iuxta hunc dicendum modum ad propositam difficultatem, quòd neque à divina visio equaliter, & immediatè tum ab essentia, tum à voluntate produceretur, unum principium proximum, & totale effectuum ad extra constituentibus, & sic pariter dicendum esset de productione speciei impressæ.

19. Verum licet hæc sententia vitæ probabiliter se præferre videatur, & incommoda vitæ utriusque alterius extremæ sententia, tamen ut nuper dicebamus, longe probabilius est, quemque concursum Dei ad extra ponere omnino liberum, non potest autem talis ponit, nisi ponatur immediatè, & proximè à sola voluntate procedens, nam ex ea parte, quæ poneretur à divina essentia immediatè ori, naturalis esset, & necessarius, non liber; quavis enim Doctor loc. cit. quol. 16. S. dicit, quòd quòd effectus à duabus causis procedit, quæ una naturalis est, & alia libera, totus effectus liber est, id tamen asserit, quando causa libera est principale, & immediatum principium illius productionis, at iuxta dicendum modum illius Auctoris essentia esset principale principium in influxu ad effectum, ut ipse inquit in fine illius sec. 5. n. 507. ergo totus ille effectus potius naturalis esset dicendus, quam liber. Tum quia disp. 4. de Voluntate q. 6. n. 109. jam ostendimus, voluntatem divinam in se prædicat sufficienter habere rationem proximi, & immediati principii productivi ad extra, nec opus esse, essentiam concurrere, nisi ratione principii radicalis, & remoti, & cum m. 128. ostendit quòd contentiva virtualis omnium effectuum creabilium in ratione cause, & principii bene convenit potest voluntati etiam, ut ab essentia formaliter distincta, neque hanc potest per fundamentum proximo perfectionem infinitam in genere entis, sed sufficienter perfectionem infinitam in genere entis, qualem dicimus, esse divinam voluntatem in se prædicat; Itaque iuxta veram, & communiorum sententiam ibi traditè de omnipotentia Dei, & proximo, & immediato principio omnium effectuum ad extra, quòd sit sola divina voluntas, in proposito dicendum est, & visionem divinam, & speciem impressam divinæ essentiae, si daretur, à sola voluntate physicè proximè producti, & concursum obiectivum ex parte divinæ essentiae non esse per modum alicuius vae efficientiæ, sicut concurrere solent obiecta creata ad sui notitiam parientiam, propriasque emittendas, sed per modum simplicis terminationis, ut dici solent de obiectis pure terminativis. Dices, voluntas ut voluntas est, non potest movere, nisi ad videndum voluntatem, ut voluntas est, non autem ad videndum essentiam, ut essentia est, ergo ipsa sola esse nequit principium visionis effectivum, neque speciei impressæ representantis essentiam, quatenus essentia est. Respondeo Doctor quol. 14. A. A. quòd quia voluntas est perfectè idem cum essentia, ideò potest esse principium motivum ad videndum essentiam, ut essentia esse, neganda est igitur assumpta propositio, verum quidem est, quòd ibi affirmatur, scilicet quòd voluntas potest esse principium motivum ad videndum voluntatem, ut voluntas est, falsum autem est, quòd ibi negatur, scilicet quòd non potest esse principium ad videndum essentiam, ut essentia est. Ex quibus verbis constat, Doct. fuisse, solam divinam voluntatem

esse principium proximum, & effectivum beatæ visionis, & divinam essentiam non concurrere, nisi per modum terminantis, unde satis mirari non possumus, quòd Gallus loc. cit. n. 494. dicat, ex hoc loco quol. 14. nihil haberi contra eam eorum modum dicendi, quòd etiam divina essentia immediatè concurrat cum voluntate ad efficiendam divinam visionem, cum Doctor ibi tamè contendat, visionem beatam ab essentia, ut ab obiecto motivo totali procedere nullo modo posse; quò nihil violentius dicere poterat ad litteram Doctoris, necdum enim ibi hoc tantum intendit, sed conceptis verbis ait, divinam essentiam nullo modo esse obiectum motivum, seu effectivum divinæ visionis, nec totale, nec partiale, sed tantum concurrere per modum terminantis, id enim palam affirmat, & sepius repetit lit. X. ad alud dico, quòd movere ad actum beatificum non est proprius actus illius essentia divina, imò est propriè actus illius voluntatis, essentia enim, ut quodamodò prior voluntate, licet sit obiectum primum, & immediatum illius visionis in ratione terminantis, tamen non est obiectum immediatum in ratione movens, sed tantum movens remotum, & tunc, ad tertiam dici potest, quòd essentia non habet rationem movens ad visionem, sicut ab intellectu creato, & sic etiam loquitur in sequentibus, ubi plane nescio, quibus clarioribus verbis ubi poterit ad exprimendum, quòd divina essentia non concurrat cum voluntate ad efficiendam visionem beatificam, sed tantum ad eam terminandam. Itaque per hoc satis patet ad propositam difficultatem, quòd divina essentia non concurrat immediatè per modum principii efficientis, nec ad beatam visionem, nec ad speciem impressam, si daretur, sed sola voluntas, essentia verò concurrat, & applicatur à divina voluntate solum per modum obiecti terminantis. Hæc obicit dixi pro solutione quæst. propositi n. 18. nò autè quia necessariò sit ad solutionem difficultatis quartæ confirmationis secundæ obiectonis principalis sub n. 15. nò etiam concederemus, speciem impressam immediatè procederet, & produci à divina essentia, dummodò tamen dicamus, eam productione esse liberam, sicut motus localis, licet non procedat in nobis immediate à voluntate, sed à potentia loco motiva, quia tamè est volutatis subordinata, in hoc sensu nò naturalis, sed liber dicitur, licet à natura procedat.

Ad quintam confirmationem eiusdem Objectionis secundæ sub n. 15. concedo totum, negatur tamen consequentia, quæ inde intenditur, licet enim ea species semel impressa naturaliter representet, tamen naturaliter representat eo solum modo, quo potest, spectata naturali virtute representativa sui entitatis conveniente finitè, & limitata secundum proportionem ad potentiam, cui imprimitur, ut scilicet obiecti representet tantum, quantum potest illud à potentia finitè attingi, neque ex eo, quòd species sit naturalis similitudo obiecti, & naturaliter, ac necessariò representativa, sequitur, esse representativam adequatè, & comprehensive, quia sicut species expressa est naturalis, atque actualis representatio, & tamen aliqua est comprehensio, aliqua visio simpliciter, ita non omnis species impressa, quavis imago naturalis obiecti, esse debet comprehensive, sed tantum id verè est, quòd est imago naturalis obiecti omnino adequata, quòd nulli speciei create convenit potest respectu Dei. Dices, dari nequit species impressa alicuius obiecti, quòd adequatè non representet, si ergo dari nequit species impressa, Deum adequatè representans, quia nò potest Deus comprehendi, neque cognosci, quantum cognoscibilis est, sequitur, nullam absolute esse possibilem. Negatur assumptum, ut constat ex modo dictis, nò species, quæ habet Angelus infimus de supremo, licet ab isto naturaliter emissa, non est eius comprehensive, cum infimus non sit tantum intellectivus, quare intelligibilitatis est supremus, ut igitur obiectum mittat specie comprehensivam sui, non est solum respiciendum ad obiectum, & speciem, sed etiam ad potentiam, quæ speciem recipit, quoniam agens ad agendum limitatur etiam iuxta capacitatem subjecti recipientis, at tamen ad vitandam quævocacionem distinguendum est de adequatione, nam si particula adequatè significat, speciem debere representare rem, sicut est, hoc est, manifestare quicquid est formaliter in re, verum est, speciem impressam adequatè divinam essentiam representare, sicut est, ut de facto dicimus de visione, & specie expressa; si verò particula adequatè, idem significet, quòd comprehensive, ita tunc representent omnibus modis, quibus est representabilis, iuxta varias vias explicandi comprehensionem, propositio concedenda non est, nam datur species expressa Dei, quæ est visio, & representat, ac manifestat Deum, sicut est, non tamen comprehensive, Dices, species impressa mensuratur per obiectum, ergo debet illud adequatè representare, vel illi adequari. Resp. ut supra ad 2. conf. n. 16. vel eodem modo distinguatur de mensura, & aequatione quantum ad hoc, quòd est representare obiectum verè, ut est in se, & sic omnis species commensuratur obiecto, vel quantum ad comprehensionem, & ita negatur, esse necessariam aequationem inter obiectum, & speciem, ut patet de specie expressa Dei. Dices, talis species representat Deum infinite, quia representat illud, sicut est, est autè à parte rei ens infinitum, ergo

ergo representaret comprehensive. Resp. opus non esse, ut species obiecti infiniti representent illud infinitum in hoc sensu, hoc est comprehensive, & omnibus modis, quibus est representabile, bene tamen infinite, id est, quod manifestet obiectum infinitum, sicut est, hoc est, cum omnibus formalitatibus, quas habet a parte rei, sicut de facto dicimus de visione, sive appellatur species expressiva, sive non. Dices, si species impressa representaret Deum, sicut est a parte rei, ergo procederet ab eo, sicut est, & non sicut vult contra id, quod nuper dicebamus. Respondeo distinguendo consequens, procederet ad Deo, quod est, & non eo, quia vult eam procedere, nego, procederet ab eo, quod liberè produceretur, representans ipsam ut est in se, non autem prout ipse vult representari, si vult aliter representari, quam sit, concedo, quod idem de facto dicendum est de visione, & specie expressiva, quæ à Deo liberè produceretur, & adhuc Deum representat expressivè, sicut est, & non sicut vult in hoc secundo sensu.

Ad 6. & ultimam conf. ex Scoto 2. d. 3. q. 10. Gratianus ibidem negat paritatem, quia ista consequentia non est bona, hæc species representat rem infinitam, id est, essentiam divinam, igitur est species infinita, hæc tamen est bona, hæc species representat obiecta infinita, igitur est infinitè representabilitatis, & ita infinitè entitatis, quia unaquæque ratio representandi dicit aliquam perfectionem, & ratio, quæ non valet prima consequentia, est, quia representativum deficit in entitate a representato, sed si species representat infinita obiecta, includit in se virtualiter rationes infinitas representandi, quarum quælibet dicit aliquam perfectionem, & dicunt perfectionem representativam distinctam formaliter ab alia, sicut ratio representandi hominem est aliqualis perfectionis, & ratio representandi asinum similiter, & una formaliter non est alia, igitur si una sola sit ratio perfecta æquè intelligendi hominem, & asinum, sicut illæ duæ simul, & alia obiecta similiter illa includat in se perfectionem infinitarum rationum formalium intelligendi, & ita includit in se virtutem representativam infinitam, quæ non potest sequi, nisi entitatem infinitam, quæ etiam fuit responso Licheti 2. d. 3. q. 9. s. 1. ad quintam dubitationem. Hæc tamen solutio non omnino satisfacere videtur, nam si una species, quæ esset ratio intelligendi hominem, equum, & sic de aliis, diceretur infinitè perfectionis representativa, quia includeret in se perfectionem infinitarum rationum formalium intelligendi plura, & plura obiecta in infinitum, quarum quælibet dicit aliquam perfectionem, & idem pariter videtur dicendum de specie distinctè representativa divinæ essentia, quæ quia divina essentia est virtualiter contentiva infinitorum obiectorum eminenter continet illas rationes omnes, & singulas intelligendi singula obiecta, quæ de causa species impressa divinæ essentia, sicut est illius distinctè representativa, ita representativa foret omnium obiectorum in ipsa virtualiter contentorum, ergo paritatem ista tenet, nam sicut una species esset ratio intelligendi infinita obiecta, ita & alia. Gallus quoque, d. 1. d. disp. 1. sec. t. e. 2. n. 366. hæc difficultatem indicat ex Scoto 2. d. 3. q. 10. Sed postea respondeo num. 493. eam alitè dissolvit, dicens vera esse, quæ Doct. ibi assumit, sed negandam esse paritatem, nam Henricus, contra quem ibi disputat, dicebat, habitum illum esse rationem cognoscendi infinita, ut cognita, quod verò est sic ratio cognoscendi cognita, necessitas cognita ipsa virtualiter continet, sic autem continere infinita, infinitam includere perfectionem, clatum est; ceterum ratio cognoscendi incognita, qualis est species, non dicit huiusmodi continentiam, sed præcisè esse representativum, vel ad summum continentiam intentionalem, & in esse intelligibili. Ceterum quamvis Doct. ab initio questionis, sic hic dicitur, impugnet habitum scientialem positum ab Henrico, attamen in s. seq. ista opinio, non amplius loquitur de habitu scientialem, sed de una specie, quæ ponebatur ab alia opinione ibi relata, representare plures quidditates disparatas, quam impugnat, quia esset infinitè perfectionis, & eam ita ponebat medium cognoscendi illas quidditates, ut esset sola ratio cognoscendi, non autem ratio cognita, quare illa solutio est mera fuga. Respondendum igitur est negando paritatem de illa specie, quam impugnat 2. d. 3. q. 10. plures quidditates representantè a disparatas in infinitum, & de specie impressa divinæ essentia, quam admittit dist. 9. nam quavis essentia divina continet eminenter, vel virtualiter omnes creatas quidditates, & secundum peculiarem rationem eas intelligendi unicuique propriam; tamen species impressa non ponitur distinctè, representativa divinæ essentia sub hac ratione, hoc est, quatenus est virtualiter contentiva eorum, quæ obiecti creati, nam in hoc sensu poneretur species comprehensive, præsertim in eorum sententia, qui cognitionem comprehensive per hoc explicant, quod per eam attingitur, non solum quicquid est a parte rei formaliter in obiecto, sed etiam quicquid in eo continetur virtualiter, sed ponitur representativa divinæ essentia quoad ejus quidditatem præcisè, & quantum ad ea, quæ in se formaliter continentur a parte rei, & licet represen-

ter obiectum infinitum, hoc tamen facit finito modo; itaq; ad argumentum negatur consequentia, & paritas, quia species impressa licet divinam essentiam representet, quæ est virtualiter contentiva infinitorum obiectorum tamen in esse reali, quam cognito, non tamen eam representat, ut est contentivam reduplicativè, nam tunc teneret paritatem, constaret ex consuetudine solutionis Gratiani, & Licheti, sed tantum specificativè; quod si placet asserere, talem species impressam nedum esse representativam essentia, quoad ea, quæ formaliter continentur ex natura rei, sed etiam virtualiter, & eminenter, atque idem esse etiam posse principium distinctè cognoscendi omnes creaturas possibles, tunc negandum est, ex tali infinitate extensiva adhuc in ipsa sequi infinitatem intensivam, sequitur enim tantum in ipsa divina essentia, cuius est abstractivè representativa; nam talis continentia virtutis omnium creaturarum per se, & immediatè convenit essentia, non autem eius species impressæ, ut in simili dicemus intrâ disp. 6. q. 9. & n. 254. de specie expressiva, seu visione beata ex hypothesi, quod ad omnes possibles creaturas terminaretur; Et quod Doctor cit. d. 3. q. 10. intantum arguit securitatem esse infinitatem in specie creatæ, si infinitas quidditates representaret, quia ut inquit lib. Billa supponitur, habere præcisè pro obiecto omnia creatæ, & nulla creatura sic includit omnes, quibus verbis ut patet, non excludit aliquam speciem esse possibilem divinæ essentia, omnes creaturas abstractivè representant, quæ tamen adhuc non esset infinitè representabilitatis, nisi extensivè, quia licet representaret essentia, quantum ad omnia in eo formaliter, & virtualiter cõrta, non tamen quoad omnem modum cognoscibilitatis eius, ut de visione beata dicemus ad omnia terminata disp. 6. n. 251. & idem etiam concedo, species impressam divinæ essentia esse quod creaturæ representativam, non sequitur, quod sit perfectionis infinita.

ARTICULUS TERTIUS.

Alie Objectiones enodantur.

Tertia obiectio deducitur ex numeribus species impressæ, 22 quæ in proposito, vel repugnant, vel saltem sunt omnino superflua; Species namq; impressa instituta est a natura ad suppleendam improportionem, vel absentiam obiecti sui, idcirco dici solet vicaria obiecti, quando namque obiectum est potentia improportionatum, & potentia solum intelligibile, ut sunt sensibilia, & corporea obiecta respectu intellectus, qui est potentia purè spiritalis, tunc per speciem ab intellectu agente abstractam deputatur ad conditionibus materialibus, sicut quæ actu intelligibile, interdu necessaria est species ad supplementam absentiam, nam ope species fit præsens intimè unitum potentia intellectiva, unde anima separata, & Angelus nulla egent specie, ut se cognoscant, quia eorum substantia est actu intelligibilis, eorumque intellectus proportionatus, ac eidem intimè unita; & hæc est communis Phylosophorum doctrina in 3. de anima; At ex nullo horum capitum potest assignari species impressa divinæ essentia, ergo vel repugnat, vel saltem est omnino superflua; probatur minor, non potest hæc necessitas ex primo capite deduci, quoniam purus actus est de se essentialiter intelligibilis perfectiori modo, quam esset per ullam speciem; Sed Deus est purissimus actus, ergo nulla esset species, per quam fiat actu intelligibilis, sed ex hoc capite omnino ei repugnat; Nec minis assignari potest ex secundo capite, quia Deus intimè præsens cuiuscunque intellectui creati, & præsertim lumine gloriæ perfuso, & licet non sit ei conclusus per informationem, est tamen ei unitus per intimam præsentialitatem, quæ unioni, quam habet species per informationem, æquivalat ergo &c. Nec retorquetur potest hæc obiectio contra speciem expressivam, quia quoad hoc diversa est ratio ejus ab impressa, nam expressiva se tenet ex parte potentie, nec effectus ipsius est facere obiectum actu intelligibile, sed actu intellectum, Deus autè licet per suam essentiam fiat actu intelligibilis, non tamen debet per suam essentiam actu a creatura intellectus, & idem hoc fieri debet per formam inherenter creaturæ, quæ Deus denominatur a creatura intellectus. Item species expressiva non supplet vicem obiecti, cum sit ipsamet actus potentie, qui æquè naturaliter stare potest cum præsentia, ac cum absentia obiecti, ut patet de noticia Angeli respectu sui, & aliorum. Conf. quia illa perfectio, quæ convenit Deo per suam essentiam, & naturam non potest illi competere ratione alius rei creatæ, ut patet de esse æterni, immenso, omnipotentis, &c. quæ, quæ sunt perfectiones attribuales Dei, non possunt ipsi competere ratione alius rei creatæ, sed esse proximè, & immediatè intelligibilem cõvenit Deo per suam essentiam, & naturam, cum hæc quoque sit quedam perfectio simpliciter; ergo non potest ei cõvenire ratione alius rei creatæ; sed si daretur species impressa Dei, faceret ipsi proximè, & immediatè intelligibile, quia hoc est pro-

est proprium munus species impressæ. Demum de ratione species impressæ esse vicariam obiecti, suppleendo vicem illius, sed essentia divinæ, posito lumine gloriæ præfaturum, quod præfaturus posset species, si daretur, sicut consistit in intellectu in actu primo proximo, & concurrente ad visionem cum illo; ergo impossibilis est species impressa.

Respondeo concedendo, hoc argumentum esse muneribus species impressæ deductum non ita bene retorquetur posse contra expressam, ut hactenus de aliis factum est, & ratio est, quia species impressæ munera ordinantur ad faciendum obiectum intelligibile in actu primo proximo, & immediato, species verò expressivæ ordinantur ad faciendum potentiam actu intelligetem, & obiectum actu intellectum in actu secundo, & exercito; licet secundum aliter positum inter species impressæ, & expressam non sit inæquæque idoneum, quamvis enim verum sit, cognitionem abstractivam præferendè a præsentia obiecti in sua propria, & immediata existentia, hoc tamen falsum est de cognitione intuitiva, quæ ex ratione formali tendit in obiectu sui propria præsentia, & existentia, neque stare potest cum absentia obiecti; Negatur tamen adhuc argumentum sufficienter concludere impossibilitatem species impressæ, non quidem ex primo capite conclusit ex eo, quod Deus sit obiectum summè intelligibile, quia ex hoc etiam probaretur, actu posse intelligi, & videri ab intellectu creato absque lumine gloriæ, & tamen fatentur omnes, lumen gloriæ saltem de potentia ordinari proximo, & immediatè respectu intellectus creati; licet ergo Deus respectu sui intellectus sit ita summè intelligibilis, ut non requirat principium aliquid extrinsecum superadditum ad sui intellectum, tamen respectu intellectus creati non sit actu proximo, & immediato intelligibilis sine aliquo extrinsecum, ut nunc patet de lumine gloriæ, ergo licet per se possit concurrere ad sui intellectum, tamen non repugnat, quod concurrat, per speciem in intellectu creato; Nec sufficit dicere, lumen gloriæ requiri ex parte potentia, nec ex parte obiecti; hic enim punctus adhuc est dubius, de quo in sequentibus, & quavis concederemus, ejus necessitas se tenere ex parte potentie, tamen negari nequit, quin etiam consequenter alio modo in obiectum redundet, nam si lumen est habitus determinans potentiam creatam ad cognitionem Dei, eamque ad talem statum elevans, ut lumine perfuso debeat præsentia Dei obiectiva, hinc sequitur etiam, Deum per lumen gloriæ in actu primo proximo, & immediato cõstitui intelligibilem ab intellectu creato, sine quo erat ab eo ipso, & visibilis solum in potentia remota; Quæ distinguendum est ad huius puncti rationem intelligentiam de duplici intelligibilitate, alia intrinseca, & essentiali, alia verò extrinseca, & accidentaliter; prima enim Deo convenit, qui est purissimus actus citrà quodcunque extrinsecum superadditum, sed cuiuscunque inter reali, sive in creatis, sive in eo ipso, quod non est, eius intelligibilitas fit passio intrinseca entis, quæ ratione disp. 6. de Anima n. 194. loquendo de intelligibilitate intrinseca, & essentiali etiam entia materialia, sensibilia, & corporea diximus, esse actu intelligibilia, & non potentia tantum, sicut sunt actus acti, intelligibilia verò secundi generis non dicuntur rebus convenire, nisi quando sunt actu intellectui approximata, ut secum possint concurrere ad propriam intellectionem efficiendam, & quia sensibilia, & materialia non ita approximantur, & intimè uniantur intellectu, nisi per speciem, idem in hoc sensu de intelligibilitate potentia dicitur, fieri actu intelligibilia, non quod acquiritur actuali intelligibilitate essentiali, & intrinseca, quæ prius caret, sed quia acquiritur extrinseca, & accidentaliter, talemque est veluti reductio prioris intelligibilitatis ad actum primum proximum, & immediatum, ut statim possit cum intellectu concurrere ad propriam intellectionem parandam, quo sensu dicemus, huiusmodi per approximationem ad ignem fieri in actu primo proximo, & immediato calefactibile, ubi prius utique adhuc in actu primo erat calefactibile, & combustibile, non tamen proxime, & immediatè, sicut ergo de facto dicimus, Deum per lumen gloriæ reddi proximè in actu primo visibilem, & intelligibilem ab intellectu creato, quia intellectu creato lumine perfuso debeat præsentia obiectiva Dei, ubi prius sic reddi in actu primo proximo, & immediatè intelligibilem ab intellectu creato per speciem impressam, loquendo de intrinseca, & essentiali, non obstante, quod sit purissimus actus, & summè intelligibilis in actu primo, intelligibilitate intrinseca, & essentiali.

Sed neque etiam sufficienter concluditur impossibilitas species impressæ ex secundo capite, nam in primis falsum est, speciem impressam esse determinatam ad representandum obiectum absens, ut sic, cum potius illud representent indifferenter, sive ex illis, sive non ex illis, sive fuerit præsens, sive absens, ut dictum est in lib. de anima disp. 6. q. 4. & rursus dicemus art. 1. d. 1. in sent. Tom. I.

seq. Deinde licet Deus sit intimè præsens cuique creaturæ per illam generalè, negatur tamen, esse intimè præsentem præsentialitate obiectiva sic, ut actus intelligendi dicatur esse in potestate operantis, alioquin & hinc rursus probaretur, non esse necessarium lumen gloriæ, ut haberetur à beatis sufficienter præsentia Dei obiectiva, nam est eorum intellectus intimè præsens per illam generalè, sicut lumine gloriæ, imò hæc ratione potest etiam intuitivè, vel abstractivè intelligi distinctè à viatoribus, propterea inquit Doctor 2. d. 3. q. 9. in fine ex hoc solum sequi, quod propter istam intimitatem potest Deus causare immediatè illum actum, quem causat species, non tamen iste actus esset in potestate operantis, sicut nec ipsa causa causans ipsum, & ideo concludit, quod non tantum propter hoc, quod obiectum sit præsens anime est species in anima, sed ut actus sit in potestate operantis; Hinc diximus disp. 6. de anima nu. 71. necessitatem speciei ad suppleendum concursum obiecti ex tribus præsertim capitibus attendi debere; primum est, quod obiectum non est actu intelligibile, sed potentia tantum, qualia esse dicuntur obiecta sensibilia, & materialia in ordine præsertim ad cognitionem abstractivam; alterum est, cum obiectum in se quidem est actu intelligibile, sed est absens, idcirco suppleri debet ejus absentia per speciem, quo sensu unus Angelus indiget specie ad intelligendum abstractivè alium Angelum absentem; Tertium tandem caput est, quando obiectum est actu intelligibile, & præsens præsentia entitativa quidem, quia non absens, non tamen obiectiva, quia in ratione obiecti valdè excedit potentiam, unde ut haberetur præsentia obiectiva, & intellectus sit in potestate intelligentis, opus est specie intelligibili, per quam fit præsens potentia in ratione obiecti; & ex hoc tertio capite diximus, ibi possumus esse speciem Dei impressam; imò & necessariam per habendam cognitionem Dei abstractivam clarè, & distinctè; hæc sola doctrina de necessitate speciei ex illo triplici capite sufficit ad exactam argumenti solutionem, quam breviter, & lapidè indicavimus etiam Ovied. contr. 13. cit. punc. 6. nu. 11. dicens, munus species impressæ esse concurrere ad expressam producendam, quotiescunque obiectum non concurrat, vel quia non habet virtutem concurrendi, vel quia absens est, vel quia liberè non vult immediatè concurrere, etiam virtutem habet, & præsens sit, vel ex quoocunque alio capite; & hæc rationes potest species impressa concurrere ad speciem expressam Dei producendam, quia Deus, etiam virtutem habeat concurrendi immediatè ad illa, & præsens sit pro sua libertate, non vult concurrere immediatè ad speciem expressam sui, sed media specie impressa.

Ad Confir. concedendo intelligibilitatem, seu cognoscibilitatem intrinsecam, & in actu primo essentiali Deo convenire non posse per aliquod principium creatum extrinsecum, & superadditum, bene tamen intelligibilitatem, & cognoscibilitatem extrinsecam, & accidentalem, seu in actu primo accidentaliter modo jam explicato. Ad ultimam concessam majori, & minori, nego consequentiam, nam ex illis præmissis solum interci potest, quod de facto sit superflua species impressa, est quia de facto sufficienter per lumen gloriæ habeatur præsentia obiectiva Dei, quatenus intellectu lumine perfuso debetur obiectiva, & immediata præsentia Dei in se ipso in ratione obiecti, proximè visibilis, & intuitivè intelligibilis, & de facto essentia Dei immediatè seclusa quocunque specie concurrat ad sui visionem, & constituit per se ipsam intelligibilem creatum in actu primo accidentali in ordine ad illum; non verò probat, quod de potentia absoluta neque aliter continget; Vel si tenemus, visionem beatam non posse à specie impressa produci, utpotè quæ solum ad noticiam abstractivam idonea est, ut dicemus art. seq. argumentum probat duntaxat, non posse dari speciem impressam ad habendam cognitionem Dei intuitivam cum quo adhuc stat, quod dari possit, imò sic necessaria pro cognitione Dei abstractiva habenda clarè, & distinctè quoad omnia ejus prædicata à viatoribus, qualem habuissent Angelos in via sentit Scotus ac patitur B. Virginius, Paulum, & Moysen, gratissimi Doctores piè sunt opinati, unde quando hæc disputamus, an intellectu creato possit imprimi species divinæ essentiam distinctè representans, non loquimur de intellectu lumine perfuso, quia supponimus, talem intellectum lumine perfuso habere sufficienter præsentiam Dei obiectivam, ut possit elicere visionem, sed quæstio vertitur præsentando à tali lumine, unde Auctores de facto speciem admittentes concurrere ad efficiendam visionem beatam, ut plurimum non distinguunt hæc speciem à lumine, sed talem speciem dicunt, esse ipsum gloriæ lumen, eo quia, & ipsi supervacuè iudicantur supra lumen per modum habitus acceptum superaddere speciem impressam, ut habeatur præsentia Dei obiectiva in actu primo proximo, quia supposito semel lumine in intellectu creato, supponitur sufficienter haberi præsentia obiectiva Dei ad visionem elicendam.